This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 06911276 5

F. Hanke, Buchhändler u. Antiquar in **Zürich**,

empfiehlt sein reichhaltiges Lager neuer Bücher aus allen Wissenschaften und in verschiedenen Sprachen. Es ist stets eine schöne Auswahl in eleg. Einbänden vorräthig. Alle von andern Buchhandlungen in Katalogen und Zeitungen angezeigten Bücher sind ebenfalls zu gleichen Preisen durch mich zu beziehen. — Von meinem reichhaltigen antiquarischen Lager zum Theil seltener Werke werden jährlich 5 — 6 Kataloge ausgegeben. Einzelne brauchbare Bücher, so wie ganze Bibliotheken, kaufe ich stets zu möglichst hohen Preisen.

701

Zach!

OTM

TABVLAE
SPECIALES
ABERRATIONIS
ET
NVTATIONIS
IN
ASCENSIONEM RECTAM
ET IN
DECLINATIONEM
AD SVPPVTANDAS STELLARVM FIXARVM
POSITIONES SIVE APPARENTES, SIVE VERAS
VNA CVM
INSIGNIORVM CCCCXCIV STELLARVM
ZODIACALIVM
CATALOGO NOVO
IN SPECVLA ASTRONOMICA ERNESTINA
AD INITIVM
ANNI MDCCC CONSTRVCTO, CVM ALIIS TABVLIS
EO SPECTANTIBVS

AVCTORE
FRANCISCO LIB. BAR. DE ZACH.

VOL. I.

GOTHAE,
IN LIBRARIA BECKERIANA
MDCCCVI.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

GEORGIO

MARLBVRIENSI DVCI

MAGNAE BRITANNIAE REGNI SATRAPAE
AVRATAE PERISCELIDIS EQVITI

PERITISSIMO ASTRONOMIAE
JVDICI

TABVLAS HASCE ASTRONOMICAS
EJVS AVXILIO SUSCEPTAS, EXEMPLO ELABORATAS,
MVNIFICENTIA PERFECTAS
IN
OFFICII, OBSEQVII ET GRATI ANIMI SIGNIFICATIONEM
SACRAS ESSE JVBET

FRANCISCVS LIBER BARO DE ZACH.

PRAEFATIO.

Ecce novae tandem, plurimorum votis exoptatae, atque a nobis jamdudum promiſſae tabulae aberrationis et nutationis, quas variarum curarum pondere oppreſſi nunc demum in publicam lucem emittere poſſumus.

Enimvero cum in eo ipſo temporis articulo eſſem, ut operis hujus editionem ad exitum perducerem et ultimam admoverem manum, ab AVGVSTISSIMO BORVSSORVM REGE et a SERENISSIMO SAXONVM-GOTHANORVM DVCE moleſtiſſima, condendi mappas geographicas et dimetiendi meridiani et paralleli gradus, provincia mihi demandata fuit, in qua immanes labores, et graviſſimae tot obſervationum inſtituendarum curae opus ad finem perduci prohibebant ita, ut per triennium aſſiduis itineribus atque obſervationibus diſtractus, ſi vel maxime id laboris ſubire vellem, tum quidem omnino non poſſem.

Accedit porro illud etiam, quod tabulas ſolares meas) ad ſecundas curas et ad incudem revocaveram, et in publicatione commercii*

*) *Tabulae motuum ſolis novae et iterum correctae ex theoria gravitatis Cl. DE LA PLACE et ex obſervat. recent. in ſpecula aſtron. Erneſt. habit. erutae. Supplem. ad tab. mot. ſolis anno 1792 editas. Gothae, 1804.*

*mei literarii in aſtronomiae et geographiae incrementum *) non ſine magno laboris et temporis dispendio nullam per annos octo unquam paſſa interruptionem, continuo deſudaveram. Quo nimirum factum eſt, ut eaedem curae, quibus diſtineor, me vetarent etiam, disquiſitiones nonnullas, in hujus operis introductione ſparſas, diligentius aliquanto perpolire.*

Cum primum vero otii nonnihil ſum nactus, rem denuo aggreſſus, tabulas has in ordinem digeſſi; leges quasdam, quibus nituntur, in introductione expoſui; tabularum uſum explanavi; fontes, unde deductae ſunt, exhibui, et ſic volumen hoc primum novo examine confeci; quod mox volumen ſecundum ſecuturum eſt, ſi mihi otii quidpiam ſupererit; quod brevi ſpero ſuperfuturum.

Tanta eſt nunc coeleſtium rerum doctrinae perfectio, tanta obſervationum aſtronomicarum recentiorum perpolitio, ut exiguiſſimae etiam aſtrorum viciſſitudines minutiſſimo calculo ſubjiciantur, feliciterque definiantur. Stupendae ſunt ſubtilitates, quas de praeceſſione aequinoctiorum, de nutatione axis terrae, de luminis aberratione, ex ſecretioribus mathematum receſſibus noſtra in diem protraxit aetas. Tanta vero exinde calculorum moleſtia et prolixitas orta eſt, ut aſtronomis, qui muneris ergo in ſpeculis nocte obſervationes inſtituunt, die calculis ſubmittunt, onus plane herculeum incumbat, ſi diutinas ſive fixarum, ſive planetarum obſervationes et illarum reductiones, quae multiplices expoſcunt calculos, ſine ſuppetiis peragere coguntur.

*) *Monatliche Correſpondenz zur Beförderung der Erd- und Himmelskunde. Gotha, in der Becker'ſchen Buchhandlung.*

Ad ſublevandam tam arduam ſervitutem et tantam calculorum moleſtiam, quae pertinaciſſimum calculatorem tandem defatigare valet, magnum operae pretium remque omnibus aſtronomis gratiſſimam ſe facturos ſemper arbitrati ſunt, qui in calculatorum levamen ſubſidiarias confecerunt tabulas.

Tabulas aberrationis et nutationis inter has principem quendam locum occupare, nemo eſt, qui ignoret; et quod illarum uſus aſtronomis practicis frequentiſſimus, hujus calculi labor improbus quam ſaepiſſime ſubeundus eſt. Qua potiſſimum de cauſa vel a primo hujus theoriae exortu geometrae et aſtronomi primae notae, ut clariſſimi viri CLAIRAUT, D'ALEMBERT, EULER, DE LA CAILLE, MANFREDI, DE LA LANDE, DELAMBRE, MALLET, MASKELYNE, MEZGER, PILGRAM, ORIANI *et alii, adornandis his aſtronomorum commodo tabulis, operam dare non dedignati ſunt, quod ſane viris, quorum pars maxima vitae in computandis numeris impenditur, non potuit non eſſe exoptatum.*

Simul ut ſummus Angliae aſtronomus, Cl. BRADLEY *primus advertit, ſidera, quae aeterna lege in coelo affixa credidere hactenus aſtronomi, motu quodam lento et periodico ferri, ſitusque ſuos variare, eamque mutationem ex ſucceſſiva, cum motu annuo telluris conjuncta luminis propagatione, in connubio cum nutatione axis terreſtris a motu lunae in latitudinem ortum trahere: mox geometrae acutiſſimi in horum motuum leges inquirentes, in gratiam aſtronomorum varios hujus motus effectus tabulis comprehendere properabant; ampliſſimum vero harum apparatum primus condidit aſtronomus tum temporis facile princeps Cl.* DE LA CAILLE *in opere ſuo perraro:* Aſtronomiae

fundamenta noviſſimis ſolis et ſtellarum obſervationibus ſtabilita, Pariſiis, MDCCLVII.

*Verum cum tabularum harum uſus aliquantulum implicatus eſſet, et calculatores nonnullos in erroneas induxiſſet ſupputationes: ab earum conſuetudine complures deterruit aſtronomos. Huic tanto incommodo atque errandi periculo ut ſubveniret, tabulas has Cl. DE LA LANDE poſt tabulas planetarum HALLEII editas *) in compendium redegit, eliminatis obſcurioribus calculi operationibus.*

Verumtamen tabulae hae plurimis laborabant naevis; tum quod calculi multiplicatione et taedio non penitus obviam irent, tum quod ad recentiorum indaginem non ſatis fuiſſent accommodatae.

Procul dubio maximum horum calculorum compendium habetur, ſi pro ſingulis fixis ſingularis ſupputetur tabula, cujus ope leviſſimo breviſſimoque calculo reductiones perficiuntur. Hujusmodi tabulas peculiares pro inſignioribus fixis centum quinquaginta et ſex a Cl. aſtronomo Genevenſi MALLET ſupputatas primus edidit Cl. DE LA LANDE ſparſim in Ephemer. aſtron. ad merid. Pariſ. (Connaiſſance des tems) ab anno 1760 ad annum 1774, quae omnes a Cl. JEAURAT volumine unico anni 1781 collectae et ad epocham ejusdem anni reductae, ſed ad quindenos tantummodo argumentorum gradus diſpoſitae ſunt.

*) *Tables aſtronomiques de M. HALLEY pour les planètes et les comètes, reduites au nouveau ſtile et au méridien de Paris, par Mr. DE LA LANDE; Paris 1759.*

Anno

Anno 1774 praeclarus Angliae aſtronomus, NEVIL MASKELYNE, obſervationibus ſuis coeleſtibus quotannis editis, aliis pluribus tabulis aſtronomicis tabulas aberrationis et nutationis univerſales adjunxit, ſpeciales vero duntaxat pro inſignium triginta quatuor ſtellarum poſitionibus, ſumma cum cura et indefeſſo ſtudio ab eo ſtabilitis. *)

Anno 1776 Cl. Berolinenſis aſtronomus, LAMBERT, in collectione tabularum aſtronomicarum, ſcientiarum academiae regiae Boruſſicae auſpiciis editarum, tomo III pro nutatione novas condidit tabulas, quarum concinna conſtructionis forma et uſus accomodatior ad hunc usque diem inter aſtronomos valet.

*Anno 1778 Cl. MEZGER, Sereniſſimi Electoris Palatini aſtronomus, ſtellarum trecentarum quinquaginta duarum aberrationes et nutationes tum proprio calculo ſupputavit, tum ſupputatas ad epocham 1780 reduxit, alias a typi mendis liberavit, et Mannhemii edi curavit.***) Tabulas has Cl. DELAMBRE in Ephemer. aſtron. Pariſin. ad annum 1789 recenſuit, et a copioſiſſimis erroribus purgavit.*

Anno 1784 Cl. PILGRAM, aſtronomus Vindobonenſis, pro quingentis ſtellarum poſitionibus novas ſubduxit aberrationum et nutationum

*) *Tables for computing the apparent places of the fixt ſtars and reducing obſervations of the planets. By the rever. NEVIL MASKELYNE. London, 1774.*

**) *Tabulae aberrationis et nutationis in aſcenſ. rect. et declinat. inſignium CCCLII ſtellarum etc. digeſtae a Joanne Mezger. Mannhemii, 1778.*

tabulas ſpeciales in Ephemer. aſtron. Viennenſ. ad annum 1784 et 1785 editas; ſed ultra modum ita vitioſas, et ſphalmatibus omnigenis ſcatentes, ut illarum uſus vix, aut ne vix quidem ſuadendus.

Anno 1788 Cl. DELAMBRE non ſolum pro ducentis quinquaginta et duabus ſtellis tabulas confecit ſpeciales, in compluribus Ephemer. aſtron. Pariſin. voluminibus ſparſim editas; ſed et pro nota perſpicacitate ſua et ingenii acumine ſubtilius luminis aberrationem indagavit, atque in pertractando hoc argumento geometricam, qua mirifice pollet, rationem adeo diffudit, ut omnes aberrationis leges in arctiſſimos coegerit limites, et in compendioſiſſimas conſtrinxerit tabulas, ita ut nihil deſiderari nec concinnius nec admirabilius poſſet. Quamquam nihil per commendationem noſtram quidquam addi poſſit, non tamen poſſumus non hic publice teſtatum praemittere, quantum tabulae hae in conficiendis noſtris auxilii quantumque utilitatis praebuerint. Cl. Auctor tabulas has primum dedit in Ephemer. aſtronom. Pariſin. ad annum 1788, dein ad ampliorem uſum accomodatas tomo IX Ephemeridum Cl. DE LA LANDE *(éphémérides des mouvemens céleſtes pour le méridien de Paris, tome neuvième, contenant les huit années de 1793 à 1800; Paris, 1792.)*

Porro anno 1800 tabulae ſpeciales, numero ſatis amplo Gothae calculatae, et cum Cl. DE LA LANDE a nobis communicatae, in variis voluminibus Ephemer. aſtronom. Pariſin. paſſim editae et disjectae ſunt.

Tabulae vero hae plerumque ad temporis epochas remotiores conſtructae ſunt, non ad recentiſſimarum disquiſitionum numeros digeſtae.

Gratum igitur me facturum aſtronomis putavi, ſi tabulas ſpeciales cum aberrationis, tum nutationis, in proprium uſum ſuſceptas, pertinaci labore perfectas, recentiſſimis theoriae poſtulationibus coaequatas, a compluribus aſtronomis exoptatas, nunc publici juris facerem.

Cum ſtellarum zodiacalium in definiendis planetarum poſitionibus in aſtronomia practica perpetuus et recurrens ſit uſus, praecipuarum harum aberrationis et nutationis tabulas primo loco dare, conſultum duximus. Exhibent ergo paginae ſubſequentes motus hos peculiares in Aſcenſionem rectam et Declinationem quadringentarum nonaginta et quatuor ſtellarum inerrantium, eclipticam cingentium, ad epocham anni 1800 ſupputatos.

Exhibet quaevis plagula in fronte FLAMSTEEDII *aſterismorum numerum, nomen ſtellae, magnitudinem, atque* BAYERI *characterem. Sequuntur ſtellarum poſitiones tum in Aſcenſione recta, tum in Declinatione, ex celebratiſſimorum noſtri aevi aſtronomorum catalogis Cl.* BRADLEY, DE LA CAILLE, *et* TOB. MAYER, *quibus adjecimus aſcenſiones rectas e catalogo noſtro inſigniori excerptas, qui in tomo ſecundo, mox hunc ſecuturo, in lucem prodibit. Ubi vero deerant poſitiones, ex* FLAMSTEEDIO, DE LA LANDE, BARRY *ſuppeditatae ſunt.*

Variationum aequatiunculae, ad denos argumentorum gradus diſpoſitae, pro aberratione ſuperiorem, pro nutatione inferiorem occupant plagulae locum, adjectis undique ad calculi commodum differentiis primis.

Tabulae ad perennem uſum accommodatae, quas vocant univerſales ſeu generales, ſecundum recentiſſimas disquiſitiones Cl. DE LA PLACE in immortali ſuo opere Mécanique céleſte expolitae, ad calcem libri adjectae ſunt, ut et tabulae noviſſimae Cl. BÜRG ad nodum lunae aſcendentem depromendum, ut ne qua aliunde petenda, ſed mox omnia in promtu eſſent, quae ad convertendos aſtrorum locos apparentes in veros et viciſſim pertinerent, quod imprimis in ſupputandis remotiorum temporum et interdum veterum obſervationibus perneceſſarium eſt.

Haec erant, quae in operis limine monenda duxerom. Reliqua plura et quae ad tabularum uſum attinent, in introductione pertractata ſunt. Dabam in ſpecula aſtronomica Erneſtina, quae in monte Seeberg eſt, die ſexta Aprilis, MDCCCVI.

INTRODVCTIO.

Quinque ſunt fixarum motus apparentes, quibus fit, ut perpetuo a nobis conſpiciantur, ubi vere non ſunt.

Praeceſſio, vel potius regreſſus punctorum aequinoctialium; luminis ſucceſſiva aberratio optica; axis ſphaeroïdis terreſtris nutatio; variatio latitudinis ex diminutione obliquitatis eclipticae oriunda; motus peculiaris, quem *motum proprium* dicimus, et qui in motum totius ſyſtematis ſolaris rejicitur. En motus hos non obſervationibus tantummodo confictos, ſed ex probatiſſimis et generaliſſimis gravitatis univerſalis legibus derivatos, et argumentis validiſſimis e ſublimiori ſcientiae coeleſtis doctrina petitis ſtabilitos, qui miro atque incredibili conſenſu omnibus phaenomenis, quae inde huc usque calculo derivari potuerunt, ſatisfaciunt adeo mirifice, ut tantae tamque admirabili variationum et aberrationum tam implexarum cum coelo concordiae vix ullus perfectionis locus ſupereſſe videatur.

Quam in materia hac pertractanda ſecutus ſim rationem, hic breviter exponendum eſt. Sufficiet vero leviſſima adumbratio, cum omnem theoriam exhaurire, et intra hujus introductionis cancellos collocare, locus non patiatur, quia integrum ſatque amplum tractatum conſcribere debuiſſem, et recoquere, quae aſtronomi clariſſimi in hac re egregie et majori, quam ego potuiſſem, elegantia et amplitudine commentati ſunt. Qui ſublimioris hujus aſtronomiae adyta introſpicere cupiunt, adeant immortale illud latifundium Cl. DE LA PLACE *Mécanique céleſte*, quod opus excelſioris aſtronomiae ſtudioſis de meliori nota commendamus. Sed quibus calculi artificiis in ſingulis horum motuum inaequalitatibus definiendis ſimus uſi, quibus inhaeſerimus veſtigiis, quibus rationibus commoti, numerum hunc potius, quam alium praetulerimus, enarrandum nobis eſt, ne in

ſuſpenſo haereat *lector* de principiis, quibus tabulae noſtrae ſuperſtructae ſunt; ne in ambiguo haereat *calculator* in illarum conſuetudine. Quae itaque ad elementorum noſtrorum theoriam intelligendam requiruntur, ita accurate exponam, ut ſperem fore, ut rerum coeleſtium cultores omnia facile perſequi, de re tota judicare, calculos numericos ſine errandi periculo inſtituere, et locos fixarum ſive veros, ſive apparentes ſine impedimento computare poſſint.

Stellarum longitudines progreſſu temporis creſcere, et motu quodam communi, eclipticae parallelo, transferri, ſeu, quod eodem redit, a primo puncto arietis contra ſignorum ordinem quotannis 50" recedere videntur, adeo, ut quantus eſt fixarum motus directus in longitudine orientem verſus, tantus ſit motus retrogradus punctorum aequinoctialium occidentem verſus. Haec mutatio longitudinis dicitur *praeceſſio aequinoctiorum*, imo vero *receſſio punctorum aequinoctialium*.

De iſta communi ſtellarum progreſſione nihil ſuſpicabantur Babylonii, Aegyptii, Graeci, omnino plerique, qui tertio ante Chriſtum ſeculo floruerunt, aſtronomi. Fixas enim ſemper immobiles et non alio motu cieri, quam diurno occidentem verſus 24 horarum tempore exiſtimarunt. Quamquam enim Cl. *BAILLY* in ſua hiſtoria aſtronomiae oſtendere conatur, diu ante Hipparchum populis plerisque, qui aſtronomiam colebant, motum hunc compertum fuiſſe, atque Cicero de *ſomnio Scipionis*, Platonis ſententiam referens, et Plato ipſe in *Timaeo* ad *annum magnum* requirunt, ut *coeli octo ſuos circuitus abſolvant*; quibus verbis octavae ſphaerae motum proprium in longitudinem arguiſſe videntur: tamen nec Ariſtyllus, nec Timocharis, qui primi ſidera inſtrumentis dimetiri coeperunt, de motu hoc quidquam ſuſpicati ſunt.

Hipparchus, magnus ille Rhodius, poſt ſesquiſeculum dimenſiones has remetiens, et obſervationes ſuas cum obſervationibus Ariſtylli et Timocharidis conferens, adeo ſenſibiliter mutatas deprehendit, ut ſtellas orientem verſus moveri primus pronuntiaverit, quod, ut demonſtraret, ſcripſit tractatum de transgreſſu ſeu mutatione punctorum aequinoctialium et ſolſtitialium, temporis injuria deperditum, cujus tamen meminit Ptolemaeus in *Almageſto* lib. 3 et 7, cap. 2 et 3, ubi obſervationibus tum ſuis, tum Agrippae Menelaique confirmare ſtudet, fixas ordinatim et aequaliter moveri in conſequentia ſignorum orientem verſus ſuper eclipticae polis, et annis 100 unum gradum abſolvere. Quae quidem determinatio ſi a veritate multum abluſerit, et a recentiorum determinatione valde diverſa evaſerit, nil miran-

dum, cum ipſo Hipparcho teſte, referente Ptolemaeo, conſtet, Timocharidis craſſiores fuiſſe obſervationes, parumque explanatas. Sed conſtat nunc etiam, et Hipparchum et Ptolemaeum in inveſtigatione hujus motus ad veritatem propius acceſſuros fuiſſe, ſi duas obſervationes *Spicae Virginis*, a Timocharide inſtitutas, et ab ipſis relatas in calculum adduxiſſent, quae aequam praeceſſionis quantitatem annuam 50″ (valde diverſam a 36″, quam ex aliis obſervationibus invenerant) etiam tum exhibuiſſent.

Hanc annuam praeceſſionem ut plures ſuperiorum ſeculorum aſtronomi aliquantiſper minorem invenirent illa, quam hujus aevi aſtronomi eliciunt, hinc fortaſſe factum eſt, quod illos variationem punctorum aequinoctialium a motu eclipticae prodeuntem, omnino ignoraſſe compertum eſt.

Interea Hipparchi et Ptolemaei ſententiam omnes ad finem noni usque ſeculi ſecuti ſunt aſtronomi, quando Albategnius, Arabs, in contrarium vergens exceſſum, motum hunc aequo celeriorem, unius ſcilicet gradus intra 66 annos, eſſe contendit.

Tandem Copernicus, ad veritatem quam proxime accedens, ex collatis plurium ſeculorum obſervationibus non ſolum motum hunc unius gradus intra 72 annorum ſpatio definivit, ſed et anomalum et irregularem, obliquitatemque eclipticae mutabilem eſſe primus indicavit. Quam opinionem plures aſtronomi *Tycho*, *Kepplerus*, *Lansbergius*, *Regiomontanus* tuebantur, et obliquitatem eclipticae non ſolum imminui cenſuerunt, ſed ulterius periodum imminutionis commenti ſunt, ita, ut poſtquam obliquitas certa quantitate, quam minimam vocarunt, decreviſſet, denuo creſceret, et perveniret ad maximam. Sed cum ſententia haec obſervationibus non ita fulciretur, ut recte defendi poſſet: a plerisque aſtronomis coaevis tanquam ambigua et incerta rejecta eſt. Aliqui vero, qui mutationem obliquitatis eclipticae in dubium vocare non audebant, ut eam aliquo modo explicarent, trepidationem quamdam in punctis aequinoctialibus fingebant; quae obliquitatem modo in majorem, modo in minorem commutaret. Copernicus vero, qui motum ſtellarum nunc velocem, nunc tardum eſſe concluſit, quam inaequalitatem *anomaliae aequinoctiorum* nomine inſignivit, obliquitatis imminutionum telluris axi tribuit ita, ut ex ipſius ſententia polus aequatoris circellum deſcribat, cujus diameter maximae deviationi ſit aequalis. Hanc explicationem plane convenire cum interpretatione nutationis noſtro aevo inventae, quis non videt? Sed quantitas ejus illo tempore inſtrumenta rudiora penitus effugere debebat, ideoque fortuito adſcri-

bendum eſt caſui, ſi veteres aſtronomi in explicanda obliquitatis eclipticae anomalia in hypotheſin inciderunt, quae maximam cum explicatione nutationis noſtrae habet ſimilitudinem.

Jam licet aſtronomi ſuperiorum ſeculorum de hujus motus quantitate ſatis juſtam habuerint cognitionem: tamen veram ipſius cauſam penitus ignorabant; imo a veritate toto coelo aberrabant, cum eum octavae ſphaerae, ſeu ipſis ſtellis tribuerent.

Punctorum aequinoctialium motus, utrum motui aequatoris, an motui eclipticae adſcribendus, duplici modo decerni poſſe, jam Ptolemaeus animadvertit. Exquirendum ſcilicet putabat, utrum aſcenſiones rectae, an longitudines fixarum motu aequali ſeu uniformi ferantur, aut utrum declinationes, an latitudines immutabiles permaneant. Ad prius dijudicandum, remotiſſimas, propter lentiſſimum motum, conferre oportuiſſet obſervationes, quae ideoque a Ptolemaeo adhiberi non potuerant; ſed recentiorum obſervationibus ſatis ſuperque demonſtratum eſt, variationem in longitudine omnium fixarum ſemper aequalem, in aſcenſione recta vero valde diverſam et maximam in polorum viciniis eſſe.

In ſecundum effectum inquirentes deprehenderunt fixarum latitudines non variari*); declinationes vero aliquanto affici motu, eo majori, quo propinquiores ſtellae ſunt punctis aequinoctialibus.

Noſtris reſervatum fuit temporibus, in veras horum motuum cauſas intrare, easque ex reconditioribus virium univerſalium legibus derivare; nam patet nunc ex theoria gravitatis, ad ſummum perfectionis faſtigium perducta, motum hunc procreari ab actionibus ſolis et lunae in telluris ſphaeroïdem, quae planum aequatoris terreſtris conturbant, et continuo ſuo loco dimovent; qui quidem motus locum haberet nequaquam, ſi telluris figura ſphaerica eſſet. Praeceſſio itaque luni-ſolaris tantum e loco aequatoris terreſtris, attractionis viribus mutato, gignitur.

Tanta eſt nunc diſſimillimorum naturae phaenomenorum cum univerſalibus attractionis legibus conſonantia, ut ſaepenumero effectus, qui nec remotiſſimam inter ſe videntur habere affinitatem, arctiſſimo tamen conſtringantur nexu, atque ita ſphaeroïdicae telluris noſtrae in polis compreſſae rotatio, conjuncta cum ſolis et lunae actione in oblatam hanc terrae figuram, motum illum punctorum aequi-

*) Verum enim vero obnoxiae ſunt fixarum latitudines motui cuidam exiguiſſimo, qui ab aliena et diverſa omnino cauſa, quam a praeceſſione aequinoctiorum derivandus, ut ſuo loco ſumus oſtenſuri.

aequinoctialium producit. Ullam vero inter hunc et terrae motum diurnum conjunctionem intercedere, nullus unquam aſtronomorum conjicere potuiſſet, antequam ab illo magno et immortali *NEWTONO* attractionis leges in apricum productae fuerant.

Actio ſolis media aequinoctiorum motum producit maſſae hujus ſideris proportionalem, diviſum per cubum ejusdem diſtantiae a tellure, et ductum in coſinum obliquitatis eclipticae. Motus hic retrogradus eſt, ſi ſphaeroïdis figura in polis compreſſa eſt; velocitas vero hujus motus a compreſſionis quantitate pendet, ſed inclinationem aequatoris in eclipticam non turbat.

Cogit quoque actio lunae aequatoris terreſtris nodos ſupra planum ejus orbitae retrogredi; ſed cum poſitio hujus plani et ejusdem inclinatio in aequatorem per actionem ſolis continuo varietur; cum porro motus hic retrogradus nodorum aequatoris ſupra lunae orbitam coſinui hujus inclinationis proportionalis ſit: motus hic *variabilis* eſt.

Oriuntur itaque ex actione lunae conjuncta cum motu plani ejusdem orbitae, I) motus medius in aequinoctiorum punctis aequalis illi, quem ſidus hoc produceret, ſi in ipſo eclipticae plano verſaretur; II) motus hujus retrogradi inaequalitas ſubtractiva, et ſinui longitudinis nodi aſcendentis lunae proportionalis; III) diminutio obliquitatis eclipticae, coſinui ejusdem inclinationis proportionalis. Poſtremas has duas inaequalitates, *nutationis* nomine inſignitas, ſuo loco fuſius explicabimus, illasque cum *BRADLEJI* obſervationibus apprime conſentire demonſtrabimus.

Producit itaque unica actio lunae id, quod vocamus *nutationem axis terreſtris;* producunt ſolis et lunae actiones conjunctae, quod dicimus *aequinoctiorum praeceſſionem;* at non immunis eſt terra noſtra a caeterorum planetarum actionibus, et illi quoque ejus motum perturbant, et orbitae terreſtris poſitionem continuo immutant. Planetarum haec actio aequinoctiorum punctis motum annuum directum $= 0,''2016$ impertit. Praeceſſio ergo annua, a ſola ſolis et lunae actione producta, hac quantitate, ex planetarum actione genita, minui debet.

Quamquam Cl. *D'ALEMBERT**) magni Newtoni veſtigia premens, primus problema de praeceſſione aequinoctiorum ad generales aequationes reduxiſſet, et ſolutionem omnibus numeris abſolviſſet,

*) Recherches ſur la préceſſion des équinoxes, et ſur la nutation de l'axe de la terre, dans le ſyſtème Newtonien, par M. *d'Alembert*. Paris 1749.

tamen nec ille, nec auctores omnes, qui poſt eum arduum hoc argumentum ſcrutati ſunt, quantitatem 50" ob quorundam elementorum incertitudinem ex theoria elicere potuerunt: commonſtrarunt tantum aſſiatim, determinatam obſervationibus quantitatem a gravitatis univerſalis theoria non declinare.

E contrario Cl. *EVLERVS*, cum primus in obliquitatis eclipticae decrementum ſeculare inquireret, non potuit ex collatis veterum et recentiorum obſervationibus eam quantitatem hujus imminutionis definire, quam ex eleganti ſua theoria collegerat; ob veterum, puto, obſervationum imperfectionem, et quod variatio latitudinis per intervallum plurium ſeculorum minime idonea eſt ad inveſtigandam hanc imminutionem, cum illa non ſit tempori proportionalis.

Variata obliquitate eclipticae, longitudines fixarum quoque, et quidem duplici modo variari neceſſe eſt. Primo ex regreſſu punctorum aequinoctialium; ſecundo ex mutata inclinatione eclipticae in aequatorem. Haec poſterior pars variationis in longitudinem pro diverſis fixis diverſa eſt; prior vero omnibus communis. Quapropter ſi quantitas praeceſſionis ex comparatione veterum obſervationum cum recentiorum animadverſionibus elicienda ſit: a longitudine, noſtris temporibus obſervata, demenda, vel eidem addenda eſt quantitas illa, a variatione obliquitatis eclipticae oriunda. Subtracta dein veteri longitudine a recentiori, prodibit reſiduum, quod hanc tantum praeceſſionis partem exhibebit, quae unice ab actione ſolis et lunae in tellurem pendet. Si vero fixarum longitudines non liberentur ab hac punctorum aequinoctialium variatione, antequam inter ſe conferantur veterum et recentiorum obſervationes: ſemper prodibit quantitas mediae annuae praeceſſionis juſta minor.

Sit longitudo ſideris $= L$
latitudo $= l$
aſcenſio recta $= A$
declinatio $= D$
obliquitas eclipticae $= e$

Aſſumantur quantitates e et l conſtantes, ſint dD et dA variationes in declinatione et aſcenſione a praeceſſione aequinoctiorum in longitudine oriundae; habemus ſecundum formulas notiſſimas et rigoroſiſſimas

$$\text{ſin } \tfrac{1}{2}\, dD = \frac{\text{ſin } \frac{1}{2}\, dL \text{ ſin e coſ l coſ } (L + \frac{1}{2}\, dL)}{\text{coſ } (D + \frac{1}{2}\, dD)}$$

$$\text{et } \sin dA = \frac{2 \sin \frac{1}{2} dL \cos^2 l}{\cos D \cos(D + dD)} \times$$

$$\times [\cos e \cos \tfrac{1}{2} dL - \sin e \operatorname{tang} l \sin (L + \tfrac{1}{2} dL)]$$

et cum sufficientissima plerumque accuratione

$$dD = dL \sin e \cos (A + \tfrac{1}{2} dA)$$

$$dA = dL \cos e + dL \sin e \sin (A + \tfrac{1}{2} dA) \operatorname{tang} (D + \tfrac{1}{2} dD).$$

Sit porro praecessio annua aequinoctiorum in longitudine $= p$, numerus annorum, pro quo motus sideris quaeritur, $= n$; erit $n p = dL$, atque formulae supra traditae exhibebunt declinationum et ascensionum siderum mutationes, a praecessione aequinoctiorum provenientes.

Haec erat hactenus calculi methodus, in inquirenda praecessionis aequinoctiorum quantitate adhibita, donec Cl. *EVLERVS* ornatissimam suam tradidisset theoriam,*) et primus planetarum actiones in computum vocasset.

Quotiescunque duo corpora coelestia circa idem centrum motus, et in eandem revolvuntur directionem, sed in planis diversis: demonstratum est in physica coelesti, semper horum actiones mutuas vicissim producere motus retrogrados in utraque orbita perpetim mutata. Ad exprimendas horum motuum inaequalitates, ut eas facilius animo consequerentur, et ad expeditiorem calculi commoditatem finxerunt astronomi, planetas semper in eodem plano, seu in eadem moveri orbita, hanc vero continuo positionem suam permutare. Profecto, possunt omnes planetarum motus extra orbitae primitivae planum effingi, tribuendo huic nimirum mutationem inclinationis, et nodorum motum talem, ut in ascito hoc plano omnes exaequentur horum motuum inaequalitates. Ostendit itaque Cl. *EVLERVS* in laudata dissertatione sua, planetarum nodos retrogrados necessario ingerere mutationes in orbitarum inclinationibus, et hinc etiam variationes in siderum longitudine et latitudine.

Sit secundum clar. hunc auctorem ☊ longitudo nodi descendentis orbitae planetaris in ecliptica, quae hic stabilis et permanens assumitur; longitudo haec aequat longitudinem nodi ascendentis ecliptica in planetae orbita. $\alpha =$ inclinationi orbitae planetaris in ecliptica. $\varepsilon =$ intervallo, quo ecliptica nodi supra planum planetae orbitae dato tempore v. g. uno seculo retrogrediuntur. Hoc temporis intervallum ex theoria statuendum est.

*) Mém. de l'Acad. Royale de Berlin, Tom. IX Année 1754, pag. 296.

Erit tunc

I) Variatio ſecularis obliquitatis eclipticae =

$$\varepsilon \sin \alpha \sin \Omega$$

Signum + incrementum, ſignum — vero decrementum obliquitatis eclipticae denotat.

II) Incrementum ſeculare diſtantiae ſideris a polo boreo eclipticae

$$\varepsilon \sin \alpha \cos (L - \Omega)$$

Latitudo borealis ſideris itaque creſcit, ſi formula poſitivum exhibet valorem; minuitur vero, ſi valor hic negativus eſt; pro latitudine auſtrali contraria praecepta habent locum.

III) Longitudo ſideris unius ſeculi ſpatio decreſcit

$$\varepsilon \sin \alpha \sin (L - \Omega) \operatorname{tang} \tfrac{1}{2}$$

ubi notandum, tangentem latitudinis pro ſideribus auſtralibus negativam evadere.

IV) Inaequalitas praeceſſionis, quae eſt diminutio ſecularis longitudinis ſideris

$$\varepsilon \sin \alpha \operatorname{cotang} \varepsilon \cos \Omega$$

eadem etiam quantitate (praeter conſuetam praeceſſionem) motus punctorum aequinoctialium augetur.

Quantitatem ε invenit Cl. *EVLERVS* ab actione Jovis provenientem = 18", ab actione Veneris = 32", et hinc decrementum ſeculare obliquitatis eclipticae = 47,"5, decrementum ſeculare praceſſionis = 14", incrementum ſeculare latitudinis

$$+ 47,"5 \sin L + 6,"5 \cos L$$

quod etiam ſic exprimi poterit

$$+ 48" \sin (L + 8°)$$

Tandem diminutio ſecularis longitudinis ſideris

$$(48" \cos L - 6" \sin L) \operatorname{tang} \tfrac{1}{2} = 48" \cos (L + 8°) \operatorname{tang} \tfrac{1}{2}$$

Si latitudo auſtralis, tang $\frac{1}{2}$ negativa ſumenda eſt.

Huic theoriae inhaerens Cl. *MASKELYNE* easdem tabulas, a Cl. *EVLERO* pag. 329 et 339 in diſſertatione ſua traditas, iterum

excudi curavit in collectione tabularum ſuarum*) quales ſunt tabulae XLIV et tabula XLV hujus collectionis.

Poſt Cl. *EVLERVM* Cl. DE LA *GRANGE* argumentum hoc ſubtiliſſimae indaginis conſueta ſua perſpicacitate et elegantia rimatus eſt. **)



Sint ſecundum eximii hujus geometrae theoriam J et θ''' anguli lateri ω''' adjacentes; erit

I) $\cos(J+i) = \cos J \cos\theta''' - \sin J \sin\theta''' \cos\omega'''$

et cum quantitates i et θ''' perexiguae ſint, poterit $\cos i$ et $\cos\theta''' = 1$, et loco angulorum ſinus ejusdem arcus aſſumi. Proinde

$-i \sin J = -\sin J\,\theta''' \cos\omega'''$
vel $i = \theta''' \cos\omega'''$.

II) Habemus porro

$$\frac{\sin\omega'''}{\sin(J+i)} = \frac{\sin s}{\sin\theta'''}$$

loco $\sin s$ poteſt arcus s poni, erit igitur

$$\frac{\sin\omega'''}{\sin J + i\cos J} = \frac{s}{\theta'''} = \frac{\sin\omega'''}{\sin J} \text{ unde}$$

$$s = \frac{\theta''' \sin\omega'''}{\sin J}$$

III) Atque inſuper eſt

$$\frac{\sin(\omega''' - \eta)}{\sin J} = \frac{\sin\omega'''}{\sin(J+i)} \text{ vel}$$

$$\sin\omega''' = \sin(\omega''' - \eta)\sin\frac{(J+i)}{\sin J} \text{ id eſt}$$

$$(\sin\omega''' - \eta\cos\omega''')\,(1 + i\,\text{cotang}\,J) = \sin\omega'''$$

*) Tables for computing the apparent places of the fixt ſtars, and reducing obſervations of the planets. By the rever. *NEVIL MASKELYNE*, B. D. London, 1774.

**) Théorie des variations ſéculaires des élemens des planètes. Mém. de l'Acad. Royale des Sciences de Berlin. 1782.

et omiſſis productis i et η

$$-\eta \operatorname{cof} \omega''' + i \operatorname{ſin} \omega''' \operatorname{cotang} J = o \text{ unde}$$

$$\eta = i \operatorname{cotang} J \operatorname{tang} \omega'''$$

IV) Subſtituendo loco i ejus valorem β''' cof ω''', habemus denique

$$\eta = \theta''' \operatorname{ſin} \omega''' \operatorname{cotang} J$$

Ex figura patet, i incrementum eclipticae, s motum punctorum aequinoctialium in aſcenſione recta, η eundem hunc motum in longitudine denotare. Sint porro L longitudo, l latitudo borealis ſideris ad eclipticam anni 1700 relatae; tunc quam proxime erit

Imminutio latitudinis $= \theta''' \operatorname{ſin} (L - \omega''')$

Incrementum longitudinis $= \theta''' \operatorname{cof} (L - \omega''') \operatorname{tang} \lambda - \eta$

Ideoque incrementum latitudinis borealis poterit per hanc formulam exprimi

$$\eta \operatorname{tang} J \operatorname{cof} L - i \operatorname{ſin} L$$

et incrementum longitudinis

$$i \operatorname{cof} L \operatorname{tang} \lambda - \eta (1 - \operatorname{tang} J \operatorname{ſin} L \operatorname{tang} \lambda)$$

vel ſi ponatur

$$s''' = \theta''' \operatorname{ſin} \omega''' \text{ et } u''' = \theta''' \operatorname{cof} \omega'''; \text{ erit}$$

Incrementum latitudinis $= s''' \operatorname{cof} L - u''' \operatorname{ſin} L$

Incrementum longitudinis $= u''' (\operatorname{cof} L + s''' \operatorname{ſin} L) \operatorname{tang} \lambda - \eta$

Cum vero hic ſupponatur, longitudines a puncto fixo eclipticae fixae numerari: propter praeceſſionem quaevis longitudo quantitate 50,"33 t augenda eſt, ubi t numerum annorum ab anno 1700 elapſorum denotat: qua propter $\omega''' + 50,"33\,t$ loco ω''' ponendum eſt, quo fit, ut ſubſtituto hoc valore mutentur

$$s''' \text{ in } s''' \operatorname{cof} (50,"33\,t) + u''' \operatorname{ſin} (50,"33\,t)$$

$$u''' \text{ in } u''' \operatorname{cof} (50,"33\,t) - s''' \operatorname{ſin} (50,"33\,t)$$

Formulas has propius intuenti patebit illico, easdem fere eſſe Cl. *EVLERI*, ſupra traditas. Unicum, quod intercedit, diſcrimen in eo conſiſtit, quod Cl. *EVLERVS* in formula ſua pro incremento longitudinis partem variabilem η omnibus fixis communem prout peculiarem praeceſſionis inaequalitatem pertractat. Qui modus etiam apud aſtronomos practicos uſu invaluit; Cl. DE LA *GRANGE* vero ambas formulae partes in unam conflavit expreſſionem.

Invenit nunc Cl. DE LA *GRANGE* (l. c. p. 283)

tang inclin. × sin long. ☊☾ = [S‴] = 0,″02905 sin l + 0,″00363 sin m — — 0,″0329 sin n — 0,″00146 sin p — 0,″00683 sin q + 0,″02012 sin r

Quantitas haec divisa per tang. obliquitatis eclipticae ad annum 1700 exhibet motum punctorum aequinoctialium in longitudine.

Porro

u‴ = tang inclin. × cos long. ☊☾ = — 0,″02905 cos l — 0,″00363 cos m — 0,″0329 cos n + 0,″00146 cos p — 0,″00683 cos q + 0,″02012 cos r

quae quantitas variationem obliquitatis eclipticae exprimit.

In formularum harum aestimatione numerica praecessio annua 50,″054 summa cum cura a nobis elicita (quam quomodo assecuti simus, infra fusius enarrabimus) suggesta est; quae igitur in calculos hos adhibita sequentes procreavit valores:

l	=	76°	21′	20″	— 50,″054 t
m	=	54	44	20	— 24, 4784 t
n	=	77	43	0	+ 29, 2160 t
p	=	41	34	10	— 32, 5388 t
q	=	56	31	50	+ 42, 3739 t
r	=	22	14	20	+ 44, 9141 t

ubi t denotat numerum annorum ab anno 1700 elapsorum; qui igitur ante epocham anni 1700 negativus evadit. Jam etiamsi aequationes inclinationem et nodum non exhibeant immediate, tamen perfacile inde possunt derivari: extrahenda tantummodo est radix quadrata ex summa quadratorum aequinoctiorum, ut obtineatur tangens inclinationis; et quotiens ambarum aequationum exhibebit tangentem nodi.

Sequentes igitur Cl. DE LA *GRANGE* (l. c. p. 287) deduxit formulas, quae ad praecessionem nostram nuper inventam accommodatae pro diminutione obliquitatis eclipticae hanc nobis praebuerunt expressionem:

+	1414″	cos (50,″054 t)	+	5823″	sin (50,″054 t)
+	432	cos (24, 4784 t)	+	611	sin (24, 4784 t)
+	1444	cos (29, 2160 t)	—	6631	sin (29, 2160 t)
—	225	cos (32, 5388 t)	—	200	sin (32, 5388 t)
+	776	cos (42, 3739 t)	—	1174	sin (42, 3739 t)
—	3841	cos (44, 9141 t)	+	1571	sin (44, 9141 t)

et pro motu punctorum aequinoctialium in longitudine partem variabilem (ſepoſita parte conſtante 50,"054t)

+ 13404"	coſ (50,"054 t)	—	3253"	ſin (50,"054 t)
+ 1407	coſ (24, 4784 t)	—	995	ſin (24, 4784 t)
— 15263	coſ (29, 2160 t)	—	3324	ſin (29, 2160 t)
— 460	coſ (32, 5388 t)	+	518	ſin (32, 5388 t)
— 2703	coſ (42, 3739 t)	—	1787	ſin (42, 3739 t)
+ 3615	coſ (44, 9141 t)	+	8841	ſin (44, 9141 t)

Ponatur itaque $t = 1$, obtinemus annuam diminutionem obliquitatis eclipticae $= 0,"6156$ et motum annuum punctorum aequinoctialium $= 0,"261$. Utraque quantitas ab obſervationibus recentioribus plus aequo declinare videtur.

Habemus denique, ad mentem Cl. DE LA *GRANGE* (N. 19) uno ſub conſpectu

I) Incrementum latitudinis borealis

(motus punct. aequin. × coſ long. × tang obl. eclipt.) +
+ diminut. obl. eclipt. × ſin long.

II) Decrementum longitudinis

mot. punct. aequin. × (1 — ſin long. × tang latit × tang obl. eclipt.) +
+ diminut. obl. eclipt. × coſ long. × tang latit.

(adhibita obliquitate eclipticae pro epocha 1700)

Utraque formula Cl. DE LA *GRANGE* tum pro diminutione obliquitatis eclipticae, tum pro motu praeceſſionis punctorum aequinoctialium, ex duodecim conſtat membris, et ob Urani actionem adhuc duobus augeri deberet. Recte igitur monet Cl. DE LA *PLACE*, formulas has ad uſum non admodum commodas eſſe; approximationem vero penitus ſufficere, donec planetarum maſſae clarius innotuerint. Hanc autem approximationem ſequenti aſſecutus eſt modo *).

Ponit nimirum, quantitates Cl. DE LA *GRANGE* s''' et u''' per ſequentes determinari poſſe formulas:

$$s''' = A' \text{ ſin } gt + B' (1 - \text{coſ } g't)$$
$$u''' = B' \text{ ſin } gt - A' (1 - \text{coſ } gt)$$

Si pro duobus valoribus pro t aſſumtis eliciantur quantitates s''' et u''', caeterae quoque quantitates A', B' g et g' innoteſcent. Supputavit

*) Mém. de l'Acad. Royale des Sciences de Paris, 1789, pag. 6.

putavit itaque quantitates has s''' et u''' Cl. DE LA *PLACE*, ex Cl. DE LA *GRANGE* formulis rigorosissimis posito $t = 0$, dein $t = 1000$.

Planetarum vero massas ita castigatas adhibuit, ut diminutio obliquitatis eclipticae 50", (non sicut Cl. DE LA *GRANGE* invenerat 61,"56) evaderet. His positis invenit incrementum obliquitatis eclipticae

$$- 3140,''34 \sin (32,''8412)\, t - 932,''56\, [1^{*)} - \cos (17,''7686\, t)]$$

motum punctorum aequinoctialium in longitudine

$$50,''53353\, t - 3292,''28 \sin (17,''7686\, t) + 9315,''65\, [1 - \cos (32,''8412\, t)]$$

Substituendo nunc praecessionem nostram annuam 50,"054 formulae hae mutantur in sequentes

$$- 3140,''34 \sin (32,''6452\, t) - 932,''56\, [1 - \cos (17,''5726\, t)]$$

et pro motu punctorum aequinoctialium in longitudine

$$50,''33321\, t - 3292,''28 \sin (17,''5726\, t) + 9315,''65\, [1 - \cos (32,''6452\, t)]$$

Est porro diminutio secularis obliquitatis eclipticae $= 52,''0$, prout illam in tabulis nostris solaribus nuper editis**) p. 14) repetito calculo invenimus. Atque diminutio secularis praecessionis aequinoctiorum secundum Cl. DE LA *PLACE* $= 8,''0333$ ***). Jam liquet ex praemissa alterius theoria, praecessionem, ex observationibus elicitam, non esse illam, quae ex actionibus solis et lunae in aequatorem terrestrem consequeretur; involvit nimirum haec quantitas planetarum perturbationes, quorum conjunctae actiones hoc seculo motum annuum directum punctorum aequinoctialium super eclipticam $= 0,''185055$ et super aequatorem $= 0,''20174$ producunt. Cum itaque praecessio nostra ex observationibus deprompta sit 50,"054: praecessio vera lunisolaris erit pro nostro seculo $50,''054 + 0,''18506 = 50,''23906$. Hi motus cum pro diversis seculis sint diversi: subnectimus hic elenchum, motus hos, a planetarum actione productos, ad varia ante et retro secula exhibentem.

*) Omissa est haec constans in dissertatione Cl. DE LA PLACE, pag. 16 typi vel calculi errore; quam profecto adhibendam esse, nullum restat dubium. Nam, ponatur $t = 0$; ipsa formula in nihilum redire debet, quod minime fit, si omissa constans 1 non adhibetur.

**) Tabulae motuum solis novae et iterum correctae etc. Gothae, 1804.

***) Mém. de l'Acad. Royale des Sciences de Paris; 1798, pag. 16.

Anni	Remotio aequatoris	Remotio eclipticae
Ante C. N.		
500	0,"18224	0,"19916
0	0, 18283	0, 19969
Poſt C. N.		
500	0, 18342	0, 20024
1000	0, 18404	0, 20081
1500	0, 18467	0, 20139
1600	0, 18480	0, 20150
1700	0, 18492	0, 20162
1800	0, 18506	0, 20174
1900	0, 18519	0, 20186
2000	0, 18531	0, 20197

Praeterea hic ſubjungimus varios praeceſſionis motus in longitudine, per formulas ſupra traditas ſupputatos, quorum uſus apud aſtronomos practicos crebro occurrit, et qui in ſequentibus dispoſiti ſunt tabulis:

Anni	Summa Praeceſſionum ab anno 1700			Praeceſſio ſecularis		
anteC N.	°	′	″	°	′	″
300	27	40	24,553	I	22	39,835
200	26	17	44,718	I	22	42,024
100	24	55	2,694	I	22	44,214
0	23	32	18,470			
poſt C. N				I	22	46,450
100	22	9	32,020	I	22	48,672
200	20	46	43,348	I	22	50,912
300	19	23	52,436	I	22	53,153
400	18	0	59,283	I	22	55,409
500	16	38	3,874	I	22	57,681
600	15	15	6,193	I	22	59,959
700	13	52	6,234	I	23	2,239
800	12	29	3,995	I	23	4,531
900	11	5	59,464	I	23	6,829
1000	9	42	52,635	I	23	9,136
1100	8	19	43,499	I	23	11,438
1200	6	56	32,061	I	23	13,775
1300	5	33	18,286	I	23	16,079
1400	4	10	2,207	I	23	18,409
1500	2	46	43,798	I	23	20,732
1600	1	23	23,066	I	23	23,066
1700	0	0	0,000	I	23	25,400
1800	1	23	25,400	I	23	28,738
1900	2	46	53,138	I	23	30,069
2000	4	10	23,207			

Anni	Praeceſſio univerſa in longit.			Praeceſſio luni-ſolaris in longit.			Eclipticae amotio.
	°	′	″	°	′	″	″
1	0	0	50,054	0	0	50,239	0,20174
2	0	1	40,108	0	1	40,478	0,40348
3	0	2	30,162	0	2	30,717	0,60522
4	0	3	20,216	0	3	20,956	0,80696
5	0	4	10,270	0	4	11,195	1,00870
6	0	5	0,324	0	5	1,434	1,21044
7	0	5	50,378	0	5	51,673	1,41218
8	0	6	40,432	0	6	41,912	1,61392
9	0	7	30,486	0	7	32,152	1,81566
10	0	8	20,540	0	8	22,391	2,01740
11	0	9	10,594	0	9	12,630	2,21914
12	0	10	0,648	0	10	2,869	2,42088
13	0	10	50,702	0	10	53,108	2,62262
14	0	11	40,756	0	11	43,347	2,82436
15	0	12	30,810	0	12	33,586	3,02610
16	0	13	20,864	0	13	23,825	3,22784
17	0	14	10,918	0	14	14,064	3,42958
18	0	15	0,972	0	15	4,303	3,63132
19	0	15	51,026	0	15	54,542	3,83306
20	0	16	41,080	0	16	44,781	4,03480
30	0	25	1,620	0	25	7,172	6,05220
40	0	33	22,160	0	33	29,562	8,06960
50	0	41	42,700	0	41	51,953	10,08700
60	0	50	3,240	0	50	14,344	12,10440
70	0	58	23,780	0	58	36,734	14,12180
80	1	6	44,320	1	6	59,125	16,13920
90	1	15	4,860	1	15	21,515	18,15660
100	1	23	25,400	1	23	43,906	20,17400

Praeceſſio annua pro ſeculo praeſenti ad denos dies diſtributa		
Jan.	10	1,"371
	20	2, 742
	30	4, 114
Febr.	9	5, 485
	19	6, 856
Mart.	1	8, 228
	11	9, 599
	21	10, 970
	31	12, 342
April.	10	13, 713
	20	15, 084
	30	16, 455
Maj.	10	17, 827
	20	19, 198
	30	20, 569
Jun.	9	21, 941
	19	23, 312
	29	24, 683
Jul.	9	26, 054
	19	27, 426
	29	28, 797
Aug.	8	30, 168
	18	31, 540
	28	32, 911
Septbr.	7	34, 282
	17	35, 654
	27	37, 025
Octob.	7	38, 396
	17	39, 768
	27	41, 139
Novbr.	6	42, 510
	16	43, 881
	26	45, 253
Decbr.	6	46, 624
	16	47, 996
	26	49, 368
	31	50, 054

Exhibent itaque tabulae hae ſummas praeceſſionum punctorum aequinoctialium in longitudine ab epocha anni 1700 numeratas, atque ab anno 0 ad annum 300 ante C. N. et 2000 poſt C. N. productas. Differentiae juxta poſitae includunt praeceſſionem ſecularem, cuivis ſeculo convenientem.

Tabula altera ſubminiſtrat praeceſſionem totalem, pro ſingulis annis ad integrum ſeculum usque ordinatam, quae ad reducendas fixarum longitudines et ad convertendos planetarum motus tropicos in motus ſidereos, et viciſſim inſervit. Suppeditat inſuper praeceſſionem luni-ſolarem, et eclipticae motum ex ſola planetarum actione genitum; quae ambo tunc prodeſſe poſſunt, ſi ex praeceſſione in longitudinem variationes in aſcenſione recta, et in declinatione, ſecundum formulas rigoroſiſſimas definire lubet. Adjecta eſt commoditatis gratia praeceſſio media diurna, ad denos anni dies diſtributa.

Nunc denique, his praemiſſis, poſſumus motus ſeculares in latitudine et in longitudine definire, et in numericos convertere valores. Erit igitur incrementum ſeculare latitudinis borealis:

$$+ 8,"0333 \text{ cof long.}* + 52,"00 \text{ ſin long.}*$$

et cum ſit $\frac{8,"0333}{52,"00} = \text{tang } 8^\circ\ 53'\ 13"$, et

$52,"0 \text{ ſec } 8^\circ\ 53'\ 13" = 52,"6318$, erit incrementum hoc

$$+ 52,"6318 \text{ ſin (long.}* + 8^\circ\ 53'\ 13").$$

Porro decrementum ſeculare longitudinis (ſepoſita parte conſtanti praeceſſionis) erit

$$[- 8,"0333 \text{ ſin long.}* + 52,"00 \text{ cof long.}*] \text{ tang latit.}*$$

et eadem, qua ſupra, transformatione

$$52,"6318 \text{ cof. (long.}* + 8^\circ\ 53'\ 13") \text{ tang latit.}*$$

Variationes latitudinum nullo negotio in unica poſſunt reponi tabula; poterit illa quoque ad inveniendas variationes in longitudine

inſervire, ſi prius argumentum long. * tribus mulctaveris ſignis ; vel poteris etiam ad Cl. *EVLERI* exemplum eandem tabulam ordine inverſo disponere. Sed in utroque caſu quantitates, e tabula depromptae, ſemper per tang. latit. * multiplicandae ſunt. Ad ſublevandam hanc operam poteris valde opportune angulum quemdam, quem vocamus *auxiliarem*, uſurpare, et hoc artificio calculum multo brevius abſolvere.

Ponamus nimirum tang. latit. * $=$ 10 coſ α; formula noſtra in hanc abit

$$\begin{aligned} &10\ (52,''6318\ \text{coſ}\ (\text{long.}* + 8^\circ\ 53'\ 13'')\ \text{coſ}\ \alpha \\ &5\ (52,''6318\ \text{coſ}\ (\text{long.}* + 8^\circ\ 53'\ 13'' + \alpha) \\ &+ 5\ (52,''6318\ \text{coſ}\ (\text{long.}* + 8^\circ\ 53'\ 13'' - \alpha) \end{aligned}$$

Si itaque angulus α in ſubſidium vocatur, (cum praeterea tabula haec ſic disponatur, ut a ſolo argumento long. * dependeat), bis uſurpari poterit, ſcilicet cum argumento (long. * $+ \alpha$) et cum argumento (long. * $- \alpha$). Sed cum in latitudinibus majoribus tang. latitud. $>$ 10 coſ α: propterea coſ α unitate major evaderet, quod impoſſibilitatem involvit. Ad illam eliminandam, et ad expeditiorem multiplicationem a 75 latitudinis gradu aſſumſimus angulum ſubſidiarium β ita, ut tang latit. $=$ 100 coſ β. Quotiescunque ergo hic adhibetur angulus, quantitates (long.* $+\beta$) et (long.* $-\beta$) excerptae, et in unum aggregatum conflatae, per 100 multiplicandae veniunt. Sequuntur jam tabulae hae generales, quae fixarum variationes ſeculares cum in latitudine, tum in longitudine exhibent, adjectis tabulis duabus, quae angulos α et β in ſubſidium calculi variationis in longitudine continent.

Angulus α

in ſubſidium calculi variationis ſecularis in longitudine.

Tangens latitudinis = 10 cosin. α

Arg. latit.	Angulus α + II^s	Diff.	Arg. latit.	Angulus α + II^s	Diff.	Arg. latitud.	Angulus α + II^s	Diff.
0°	0° 0′ 0	6′ 0	30°	26° 41′ 4	8′ 1	60° 0′	20° 1′ 5	12′ 3
1	29 54 0	6 0	31	26 33 3	8 3	60 30	19 49 2	12 8
2	29 48 0	6 0	32	26 25 0	8 4	61 0	19 36 4	13 2
3	29 42 0	6 0	33	26 16 6	8 6	61 30	19 23 2	13 6
4	29 36 0	6 1	34	26 8 0	8 9	62 0	19 9 6	14 1
5	29 29 9	6 0	35	25 59 1	9 1	62 30	18 55 5	14 6
6	29 23 9	6 1	36	25 50 0	9 3	63 0	18 40 9	15 1
7	29 17 8	6 1	37	25 40 7	9 6	63 30	18 25 8	15 7
8	29 11 7	6 1	38	25 31 1	9 8	64 0	18 10 1	16 2
54 e^2 ♓	..	4	..	..	0, 33	39 ε ♑	..	17	..	13	0, 28
56 f ♓	..	17	..	9	0, 41	40 γ ♑	..	3	0	0	0, 24
58 ω ♓	..	1	6″	..	0, 55	42 d^1 ♑	..	13	..	..	0, 20
59 b ♓	..	10	..	10	0, 56	43 κ ♑	..	8	..	6	0, 26
60 A ♓	..	13	..	12	0, 54	46 c^1 ♑	..	11	..	..	0, 13
61 g ♓	..	8	..	..	0, 31	48 λ ♑	..	11	..	9	0, 15
62 c ♓	..	9	..	..	0, 57	49 δ ♑	..	2	3	..	0, 21
63 ♓	..	4	..	..	0, 27	51 μ ♑	1″	..	5	..	0, 18
1 ♑	..	9	..	..	0, 24	2 ε ♒	..	3	..	6	0, 17
5 α^2 ♑	..	6	..	6	0, 24	6 μ ♒	..	1	..	3	0, 16
summa	30	240	6	188		summa	1	260	11	114	
Summa observat. differ. et correct.	31 { —210″ / 15,″14		22 { —182″ / 11,″72			Summa observat. differ. et correct.	31 { —259″ / 8,″92		21 { —103″ / 5,″79		

Aſcenſiones rectae Cl. MAYERI (1756) et Cl. BRADLEJI (1760) cum aſcenſionibus rectis noſtris (1800) comparatae.

Signum + indicat, AR. MAYERI vel BRADLEJI augendas, ſignum — minuendas eſſe.

Nomen Stellarum	Differentia cum *Mayer.* +	Differentia cum *Mayer.* —	Differentia cum *Bradley.* +	Differentia cum *Bradley.* —	Correctio partis variabilis	Nomen Stellarum	Differentia cum *Mayer.* +	Differentia cum *Mayer.* —	Differentia cum *Bradley.* +	Differentia cum *Bradley.* —	Correctio partis variabilis
13 ν ♒	..	2″	..	2″	0,″18	5 A ♓	..	5″	..	..	..
18 ♒	..	6	..	..	0, 20	6 γ ♓	15″	..	..	..	..
22 β ♒	..	10	..	7	0, 09	7 b ♓	..	7	..	..	..
23 ξ ♒	..	7	..	4	0, 11	8 κ^1 ♓	..	10	..	6″	..
31 ο ♒	..	12	..	7	0, 03	10 θ ♓	..	18	..	..	..
33 ι ♒	..	7	..	6	0, 16	12 ♓	..	15	..	..	..
34 α ♒	..	20	..	12	0, 01	17 ι ♓	2	..	..	..	..
35 ♒	..	..	..	9	0, 22	18 λ ♓	1	..	6″	..	..
38 e ♒	..	8	..	..	0, 13	19 ♓	..	14	..	10	..
43 θ ♒	..	5	..	3	0, 09	21 ♓	..	15	..	..	..
46 ρ ♒	..	11	..	5	0, 08	26 ♓	..	6	..	..	..
48 γ ♒	..	8	..	2	0, 02	28 ω ♓	..	7	..	3	..
51 ♒	..	12	..	..	0, 05	29 ♓	..	13	..	6	..
52 π ♒	..	..	..	3	..	30 ♓	..	11	..	7	..
55 ζ ♒	..	7	3″	..	..	32 ♓	..	15	..	..	..
57 σ ♒	..	7	..	4	0, 10	33 ♓	..	15	..	8	..
59 υ ♒	..	..	3	..	0, 20	41 d ♓	..	10	15	..	..
62 η ♒	..	10	..	2	..	51 ♓	..	11	..	..	..
63 κ ♒	..	6	..	5	0, 04	63 δ ♓	..	8	..	..	..
69 τ^1 ♒	..	6	..	11	0, 11	71 ε ♓	..	14	..	13	..
71 τ^2 ♒	..	11	..	10	0, 11	80 e ♓	..	21	..	20	..
73 λ ♒	..	9	..	10	0, 06	86 ζ ♓	..	9	..	4	..
76 δ ♒	..	11	..	11	0, 12	89 f ♓	..	1	..	..	..
Fomah	5″	..	5	..	0, 22	93 ρ^1 ♓	..	2	..	..	0,″12
83 h^1 ♒	..	5	0	0	0, 05	98 μ ♓	7	..	2	..	0, 04
90 φ ♒	..	10	..	6	0, 04	99 η ♓	..	1	3	..	0, 10
91 ψ^1 ♒	4	..	7	..	0, 05	102 π ♓	..	8	..	13	0, 08
92 χ ♒	..	13	..	10	0, 04	106 ν ♓	..	10	..	2	0, 04
93 ψ^2 ♒	..	12	..	8	0, 05	110 ο ♓	..	6	..	2	0, 07
95 ψ^3 ♒	..	10	..	5	0, 05	113 α ♓	..	13	7	..	0, 02
4 β ♓	..	13	..	8	..						
summa	9	238	18	150		summa	25	265	33	94	
Summa observat. differ. et correct.	28 { — 229″ / 2,″19		28 { — 132″ / 2,″23			Summa observat. differ. et correct.	30 { — 240″ / 0,″47		17 { — 61″ / 0,″35		

Numerus observationum	Different. cum MAYER.	Correctio partis variabilis	Numerus observationum	Different. cum BRADLEY.	Correctio partis variabilis
31	+ 116″	7,″88	12	— 1″	3,″06
27	+ 52	10, 95	23	— 12	9, 86
30	— 39	14, 56	15	— 82	7, 50
31	— 77	12, 86	10	— 56	4, 04
29	— 102	5, 31	19	— 99	2, 85
30	— 406	0, 56	20	— 177	0, 40
31	— 439	3, 85	15	— 164	1, 75
31	— 256	13, 69	20	— 176	8, 76
31	— 210	15, 14	22	— 182	11, 72
31	— 259	8, 92	21	— 103	5, 70
28	— 229	2, 19	28	— 132	2, 23
30	— 240	0, 47	17	— 61	0, 35
360	— 2089″	96,″38	222	— 1245″	58,″22
Medium	—5,″8028	0,″2677	Medium	—5,″6081	0,″2623

motus annuus —0,″1319 0,″0061 motus annuus — 0,″1402 0,″0066

Corr. part. var. +0, 0061 ..... corr. part. var. + 0, 0066

—0,″1258 ..... — 0,″1336

pars conſtans aſſumpta . . +46,″02 ..... pars conſtans aſſumpta . . +46,″02

conſt. ver. in Æ 45,″8942 ..... conſt. ver. in Æ 45,″8864

ex quo apparet, correctionem majorem illa aſſumpta 0,″03 adhibendam fuiſſe; quapropter adhuc correctiuncula 0,″0034 adjicienda eſt. Itaque pars conſtans vera ſecundum

Cl. MAYERVM .... =45,″8976 ſec. BRADLEJVM = 45,″8898

ex planetar. perturb. in aequat. +0, 2017 ..... + 0, 2017

46,″0993 ..... 46,″0915

Log. 46,″0993 = 1,6636943 ..... 46,″0915 = 1,6636209

Log. coſ. obl. eclipt. pro 1778 = 23° 28′ 8″ = 9,9625002 1780 = 23° 28′ 7″ = 9,9625011

1,7011941 1,7011198

Praeceſſio luni-ſolaris in longitudinem 50,″2567 ..... 50,″2481

ex planetarum perturbatione in eclipt. — 0, 1849 ..... — 0, 1849

praeceſſio totalis in longitudinem . . . 50, 0718 ..... 50,″0632

Ex declinationibus comparatis habemus

Variation. maxim. in decl. ſec.

Cl. MAYER. 19,″9524 log. = 1,2999951 ſec. Cl. BRADL. log. 20,″0529 = 1,3021772

Log. ſin. obl. eclipt. pro

1774,5 = 23° 28′ 10″ ..... = 9,6001666 1776,5 = 23° 28′ 9″ .... = 9,6001617

1,6998285 1,7020155

praeceſſ. luni-ſolaris in longit. 50,″0989 ..... 50,″3519

ex planetar. perturb. in eclipt. — 0, 1849 ..... — 0, 1849

praeceſſ. totalis in longit. . . . 49,″9140 ..... 50,″1670

Congeſtis

Congeſtis jam disquiſitionibus omnibus prodit quantitas praeceſſionis annuae in longitudinem

1) ex *BRADLEJI* et *BARRY* declinationibus . . . 50,"1670
2) ex *MAYERI* et *BARRY* declinationibus 49, 9140
3) ex *BRADLEJI* et noſtris aſcenſionibus rectis . . . 50, 0632
4) ex *MAYERI* et noſtris aſcenſionibus rectis 50, 0718
Quantitas media eſt . . . . . 50,"0540

quam pro praeceſſione media in praeſenti ſeculo aſſumpſimus, et in qua tamquam fundamento omnes formulae, et tabulae noſtrae, ſupra relatae, conſtructae ſunt.

Cl. *DELAMBRE* quantitatem hanc alia prorſus via elicitam deprehendit = 50,"10*); Cl. *PIAZZI* nuperrime in opere ſuo non ſatis laudando **) eandem invenit = 50,"110. Summus conſenſus trium harum inveſtigationum multum huic quantitati affert auctoritatis et fidei, et ſententiam noſtram de recentiorum obſervationum primatu in hac re confirmat. Sunt, quibus in praeceſſionis aequinoctiorum motu quidam totius ſyſtematis ſolaris motus ſuboleat; ſed de his opinationibus non eſt hic differendi locus, et materiem hanc ſubtiliſſimae indaginis nepotibus relinquendam eſſe exiſtimamus.

Extant fixarum catalogi varii et ampliſſimi, prout Cl. virorum *BRADLEY*, *DE LA CAILLE*, *MAYER*, *DE LA LANDE*, *WOLLASTON*, *PIAZZI* etc. in quibus variationes annuae, pro diverſis a quovis aſtronomo pro ſuo arbitrio aſſumptis praeceſſionis determinationibus ſupputatae, inveniuntur. Labor hic pro temere effuſo et vano habeatur, quoniam nunc aliis et meliusculis utamur datis; ſed attentius perpendenti pateſcet ex iisdem valoribus, pro aſſumpta quavis alia praeceſſione, aequos depromi poſſe valores, modo debitae applicentur correctiunculae; quae cum exiguae admodum ſint, facillimo calculo perfici et omni jure novo et longiori calculo per formulam ſubſtitui poſſunt.

Sint e. g. tabulae generales praeceſſionis Cl. *DELAMBRE* ſupra commemoratae pro praeceſſione annua in longitudinem 50,"25 conſtructae, ad quantitatem noſtram 50,"0540 accommodandae.

*) Conn. des tems, Année 1793, pag. 273.

**) Praecipuarum ſtellarum inerrantium poſitiones mediae ineunte ſeculo XIX ex obſervationibus habitis in ſpecula Panormitana ab anno 1792 ad annum 1802 — Panormi, MDCCCIII typis regiis; in praefatione, pag. XXII.

Pars variabilis hujus praeceſſionis in Æ et in decl.

ſec. Cl. *DELAMBRE* eſt . . . . . = 20,"084

eadem ſecundum noſtram determinationem . . . . = 20, 01109

Differentia = 0, 07291

Differentia haec pars $\frac{1}{277}$ totius quantitatis eſt, qua valor ex tabulis Cl. *DELAMBRE* depromptus, id eſt, variatio in declinatione ſemper minuenda eſt.

Porro: pars conſtans praeceſſionis in Æ ſecundum

Cl. *DELAMBRE* eſt . . . . . = 46,"0619

ex noſtra determinatione vero . . . . . = 45,·87992

Differentia = 0,"18198

quae differentia $\frac{1}{253}$ totius valoris eſt; ſed cum variatio in aſcenſione recta ex utraque praeceſſionis parte tum conſtanti, tum variabili conflata ſit, correctio media pars $\frac{1}{506}$ totius variationis erit, qua praeceſſio in aſcenſionem rectam ſemper mulctanda eſt.

In paradigmate loco citato pag. 213 allato, Cl. *DELAMBRE* variationem aſcenſionis rectae Capellae pro 100 annis ex ſuis tabulis invenit 1° 49' 47,"9; pars itaque $\frac{1}{506}$ hujus quantitatis eſt 24,"95. Adeoque variatio haec pro ſuppoſita noſtra praeceſſione coaequata erit 1° 49' 47,"9 — 24,"95 = 1° 49' 22,"95, quam ſupra pag. 40 ex calculo noſtro rigoroſo per formulam inſtituto deprehendimus 1° 49' 22,"397. Differentia exilis, quae ſupereſt, ex neglectis quibusdam partibus proportionalibus ortum trahit. Sic et variatio in declinatione ſecundum Cl. *DELAMBRE* reperta eſt 9' 0,"8, cujus pars $\frac{1}{277}$ = 0,"196. Idcoque variatio haec ad mentem hypotheſis noſtrae eſt 9' 0,"8 — 1,"967 = 8' 58,"833; per formulam vero eandem valorem ſubduximus 8' 58,"640.

Dum tabulae noſtrae aberrationis et nutationis ſpeciales ſub prelo verſabantur, disquiſitio haec in aequinoctiorum praeceſſionis quantitatem a nobis ſuſcepta nondum erat. Stellarum itaque variationes, in aſcenſione recta et in declinatione in fronte cujusvis plagulae expoſitae, Cl. *WOLLASTONII* catalogo *) debentur. Si vero eaedem nunc ad normam praeceſſionis noſtrae exigantur, omnes $\frac{1}{221}$ totius partis diminuendae ſunt.

*) A ſpecimen of a general aſtronomical catalogue, arranged in zones of north polar diſtance, and adapted to Jan. 1. 1790 etc. By Francis Wollaſton, F. R. S. London, MDCCLXXXIX.

Condiderunt aſtronomi tabulas generales, ex quibus effectus praeceſſionis aequinoctiorum in aſcenſionem rectam et in declinationem illico excerpi poſſunt, et quarum commodiſſimae illae ſupra jam commemoratae Cl. *DELAMBRE* ſunt. Sed tabulae hae cunctae nimis prolixae et in magnum paginarum ſpatium diſtenduntur, nec tamen calculi trigonometrici neceſſitatem tollunt. Variatio in declinatione facile in unicam tabulam conjici poteſt, cum illa tantummodo in coſinu aſcenſionis rectae nitatur; ſed majoris videtur negotii, variationem in aſcenſione recta per unicam exhibere tabulam, cum illa ſimul a ſinu aſcenſionis rectae et a tangente declinationis dependeat. Ea propter Cl. *MASKELYNE* hanc tantum partem, quae in ſinum aſcenſionis rectae ducitur, in unicam redegit tabulam, relicto calculatori negotio, quantitatem hanc per tangentem declinationis multiplicandi. Ad ſublevandam hanc operam Cl. *DELAMBRE* tabulas has ita confecit, ut duobus argumentis, uno cum aſcenſione recta, altero cum declinatione ſideris ſimul ingrediantur. Sed norunt aſtronomi apprime, quantum afferat faſtidii, tabulis hujus conſtructionis propter duplices partes proportionales uti.

Variationes vero hae tum in aſcenſione recta, tum in declinatione per unam et eandem repraeſentari poſſunt tabellam, adhibito ſcilicet artificio anguli ſubſidiarii, quo ſupra jam pro variatione in longitudine ſiderum uſi ſumus.

Nam cum pro angulo hoc auxiliario tang. $= 10 \cos \alpha$ aſſumſerimus, pars variabilis praeceſſionis in aſcenſione recta erit $=$

$$\frac{10}{2} \times 20,''01109 \ (\sin \text{Æ} \cos \alpha) =$$

$$= 5 \times [20,''01109 \cos (\text{Æ} + \alpha - 90°) + 20,''01109 \cos (\text{Æ} - \alpha - 90°)]$$

Ergo ad ſupputandas variationes praeceſſionis ſive in aſcenſione recta, ſive in declinatione, unica tantummodo egemus tabella, nimirum illa, per formulam $20,''01109 \cos$ Æ conſtructa, quam hoc loco in calculatorum commodum exhibemus.

TABVLA

praeceſſionis annuae in Aſcenſionem rectam et in Declinationem.

Arg. I } pro Æ. = Æ* + α — 3ˢ
Arg. II } = Æ* — α — 3ˢ

Argumentum pro Declinatione = Æ*.

Arg.	0° 180° + —	Differ. pro 1′	30° 210° + —	Differ. pro 1′	60° 240° + —	Differ. pro 1′	Arg.
0°	20,″0111	0,″00005	17,″3301	0,″00295	10,″0056	0,″00507	30°
1	20, 0084	0, 00015	17, 1528	0, 00304	9, 7016	0, 00512	29
2	19, 9989	0, 00025	16, 9704	0, 00313	9, 3946	0, 00516	28
3	19, 9837	0, 00035	16, 7827	0, 00321	9, 0848	0, 00521	27
4	19, 9624	0, 00046	16, 5899	0, 00330	8, 7723	0, 00525	26
5	19, 9350	0, 00056	16, 3921	0, 00338	8, 4571	0, 00530	25
6	19, 9015	0, 00066	16, 1893	0, 00346	8, 1393	0, 00534	24
7	19, 8619	0, 00076	15, 9816	0, 00354	7, 8190	0, 00538	23
8	19, 8163	0, 00086	15, 7691	0, 00362	7, 4963	0, 00542	22
9	19, 7647	0, 00095	15, 5517	0, 00370	7, 1713	0, 00545	21
10	19, 7070	0, 00106	15, 3296	0, 00378	6, 8442	0, 00548	20
11	19, 6434	0, 00116	15, 1026	0, 00386	6, 5150	0, 00552	19
12	19, 5738	0, 00126	14, 8711	0, 00393	6, 1838	0, 00555	18
13	19, 4982	0, 00136	14, 6352	0, 00401	5, 8507	0, 00558	17
14	19, 4167	0, 00146	14, 3948	0, 00408	5, 5158	0, 00561	16
15	19, 3292	0, 00156	14, 1499	0, 00415	5, 1792	0, 00564	15
16	19, 2359	0, 00165	13, 9007	0, 00422	4, 8411	0, 00566	14
17	19, 1367	0, 00175	13, 6475	0, 00428	4, 5015	0, 00568	13
18	19, 0317	0, 00185	13, 3904	0, 00435	4, 1605	0, 00570	12
19	18, 9209	0, 00194	13, 1285	0, 00442	3, 8183	0, 00572	11
20	18, 8043	0, 00204	12, 8629	0, 00449	3, 4749	0, 00574	10
21	18, 6820	0, 00213	12, 5934	0, 00456	3, 1304	0, 00576	9
22	18, 5540	0, 00223	12, 3201	0, 00462	2, 7850	0, 00577	8
23	18, 4203	0, 00232	12, 0430	0, 00468	2, 4387	0, 00578	7
24	18, 2811	0, 00241	11, 7622	0, 00474	2, 0917	0, 00579	6
25	18, 1363	0, 00251	11, 4779	0, 00480	1, 7441	0, 00580	5
26	17, 9859	0, 00261	11, 1901	0, 00485	1, 3959	0, 00581	4
27	17, 8301	0, 00269	10, 8989	0, 00491	1, 0473	0, 00582	3
28	17, 6689	0, 00278	10, 6043	0, 00496	0, 6984	0, 00582	2
29	17, 5022	0, 00287	10, 3065	0, 00501	0, 3492	0, 00582	1
30	17, 3301		10, 0056		0, 0000		0
Arg.	150° 330° — +	Differ. pro 1′	120° 300° — +	Differ. pro 1′	90° 270° — +	Differ. pro 1′	Arg.

Si Declinatio auſtralis eſt, mutantur ſigna.

Ad illuſtrandum hujus tabulae uſum ſit e. g.

I) Variatio in aſcenſione recta et in declinatione Capellae pro anno 1800 quaerenda.

Æ. med. Capellae pro 1800 = 2^s 15° 29,'0, declinatio = 45° 46' 36" bor.

Per tabulam pag. 29 cum Arg. declinationis loco latitudinis angulus ſubſidiarius α invenitur = 2^s 24° 6,'0 ergo pro aſcenſione recta

Arg. I = 2^s 15° 29,'0 + 2^s 24° 6,'0 — 3^s = 2^s 9° 35,'0 = + 6,"9806
Arg. II = 2 15 29,0 — 2 24 6,0 — 3 = 8 21 23,0 = — 2, 9979
+ 3, 9827
5
Pars variabilis praeceſſionis in Æ. = +19, 9135
Pars conſtans . . . . . = +45, 8799
Variatio in Æ . . . . . = +65,"7934

et pro declinatione

Arg. 2^s 15° 29,'0 = + 5,"01564 = variationi in declinatione.

Easdem prorſus quantitates inſtituto calculo per formulas invenies.

II) Quaeratur variatio in aſcenſione recta ſtellae Fomahand pro 1800.

Æ. med. Fomahand pro 1800 = 11^s 11° 38,'4, decl. = 30° 40' 38" auſtr.

Angulus ſubſidiarius α per tabulam = 2^s 26° 35,'9

Arg. I = 11^s 11° 38,'4 + 2^s 26° 35,'9 — 3^s = 11^s 8° 14,'3 = — 18,"5845
Arg. II = 11 11 38, 4 — 2 26 35, 9 — 3 = 5 15 2, 5 = + 19, 3330
+ 0, 7485
5
Pars variabilis praeceſſionis in Æ. . . + 3, 7425
Pars conſtans . . . . . + 45, 8799
Variatio in Æ . . . . . + 49,"6224

et pro declinatione

Arg. 11^s 11° 38,'4 = — 18,"9919 = variationi in declinatione.

Tabulae hujus uſus perennis eſt, et pro qualibet praeceſſionis aequinoctiorum hypotheſi inſervire poteſt, dummodo de differentia partis variabilis hujus variationis ratio habeatur. Sic tabulae Cl. *DELAMBRE* in Ephemeridibus aſtronomicis Pariſinis ad annum 1792 pro parte variabili 20,"084 conſtructae ſunt; tabula vero noſtra partem variabilem 20,01109 pro fundamento habet, ideoque differentia + 0,"07291 tabulis noſtris applicanda eſt, ut habeatur variatio prout ex tabulis Cl. *DELAMBRE* prodit. Sit e. g.

III) Variatio annua fixae α Argo navis in aſcenſione recta ſupputanda; eadem, quam Cl. *DELAMBRE* in ſuo paradigmate pag. 210 proponit.

Æ. med. α Argo navis pro 1790 = 3ˢ 4° 49,'0, declin. = 52° 35′ auſtr.

Angulus ſubſidiarius α = 2ˢ 22° 29,'3

Arg. I = 3ˢ 4° 49,'0 + 2ˢ 22° 29,'3 — 3ˢ = 2ˢ 27° 18,'3 = — 0,"9408

Arg. II = 3 4 49, 0 — 2 22 29, 3 — 3 = 9 12 19, 7 = — 4, 2724

— 5, 2132

5

Pars variabilis in Æ . . . . . —26, 0660

Differentia cum *DELAMBRE* + 0, 0729

26, 1389

Pars conſtans ſec. Cl. *DELAMBRE* 46, 0619

19, 9230

Cl. *DELAMBRE* loco citato invenit { 19, 894 / 19, 906

Fixas motu quodam, a motu punctorum aequinoctialium neutiquam pendente, cieri, extra omne dubium eſt. Praeceſſio horum punctorum ſiderum loca certa et determinata lege, ut ſupra demonſtravimus, immutat, ſed non ita, ut legi huic ſatisfaciat ad unguem, et cum obſervatione conciliari poſſit examuſſim. Exceſſus, vel defectus hujus motus, ex obſervatione derivatus, a motu, ex aequinoctiorum praeceſſionis theoria calculo ſubducto, illud eſt, quod *motus proprii* nomine inſigniri placuit. Quem laborem multi jamdudum aſtronomi ſuſceperunt, et hujus motus quantitatem definire aggreſſi ſunt. Sunt, qui propter motum hunc lentiſſimum ad obſervationes remotiſſimas confugiendum eſſe putarint, ut errores, ſi qui in obſervationibus laterent, longo annorum intervallo evaneſcerent; ego vero in hac re eidem ſemper ſententiae, quam ſupra in inquirenda praeceſſionis annuae quantitate protuli, obſequens, vehementer perſuaſum habeo, numeroſum annorum ſpatium obſervationibus rudioribus ſeculorum praeteritorum nequaquam facere aequipondium, et plus incertitudinis inde, quam auxilii conſequi poſſe; in qua re Cl. *MASKELYNE* haud aliter ſentire ex eo conjici poteſt, quod in quantitate hujus motus in aſcenſione recta, mea methodo elicita, cum ſua maxime conſentire videor. Eadem igitur ratione, qua in inveſtiganda praeceſſionis annuae quantitate uſus ſum, et hic utendum eſſe putabam; quam ob rem in comparatione obſervationum ad eliciendum hunc motum ſo-

ſum in Cl. *BRADLEJI* et *TOB. MAYERI* obſervationibus inhaerendum duxi.

Mos eſt abhinc ſemiſeculum apud aſtronomos Grenovicenſes non ſatis laudandus, et coeli contemplatoribus commendandus, ſiderum errantium loca cum pauciſſimis et ſemper eisdem fixis comparare. Nam ſi in planetarum motuum inaequalitates inquiratur, et illarum aequationes ex obſervationibus eliciantur: errores, ſi qui in fixarum harum poſitionibus ſunt commiſſi, in planetarum poſitiones redundabunt, et aequationum harum coëfficientes eo incertiores reddent, quo majore ſixarum, obſervationis erroribus inquinatarum, numero uſus fuerit obſervator. Jam ſi in planetarum obſervationibus ſemper eadem (etiamſi perperam determinata) adhiberetur fixa, aequationes hae, et tunc quidem veritati quam proxime accedentes elici poterunt, dummodo id provideatur, ut tantus ſit obſervationum numerus adhibitus in maximo valore poſitivo hujus aequationis, quantus in valore maximo negativo. Sed cum hoc fieri nequeat, veriſimillimum eſt, in pauciſſimarum fixarum ad hunc uſum delectu, in magno obſervationum numero, tantas per plurimorum annorum decurſum inter fixas has fore permutationes, ut, ſi qui in illis latent errores, hi eo pacto propemodum evaneſcant. Ideoque tum Cl *BRADLEJVS*, tum Cl. *MASKELYNE* triginta ſex tantummodo ſixas, ſumma cum cura definitas, in hunc uſum adhibuerunt, in quibus limandis indefeſſo ſemper ſtudio ſunt verſati.

Stellarum igitur harum aſcenſiones rectas, nuperrime a Cl. *MASKELYNE* ad annum 1802 determinatas, cum illis, quas Cl. *BRADLEJVS* ad annum 1760 retulit, conferre placuit, ut per 42 annorum ſpatium motus hic innoteſceret, quem proprium dicimus; qui quidem eo fidentius pro tali aſſumi poterit, quo accuratiores ſunt obſervationes. Nam, ne quid celem, res manifeſta eſt, motum hunc obſervationum naevos penitus involvere. Atqui cum obſervationum harum terminus intermedius in annum 1781 cadat, reductae ſunt ad hunc annum, ſumta ſcilicet poſitione media inter Cl. *BRADLEJI* et Cl. *MASKELYNE* obſervationes. Praeceſſionis vero quantitas ad hanc temporis epocham pro 42 annorum ſpatio per formulam ſequentem definita eſt:

$$(45,''888124 + 20,''010388 \text{ ſin } \mathfrak{A} \text{ tang. declin.})\ 42$$

et inde porro ex differentia cum obſervatione, motus hic annuus elicitus eſt. Quomodo hoc ſeorſum praeſtiterim, ſequens tabula clarius in conſpectum dabit.

Nomen Stellarum	AR. media 1760 ſec. Bradley.			AR. media 1802 ſec. Maskelyne			Differ. AR. Mask. cum AR. Bradl.		Variatio in AR. pro 42 ann. calcul.		Motus proprius in 42 annis
	°	′	″	°	′	″	′	″	′	″	″
γ Pegaſi	0	13	35,1	0	45	46,8	32	11,7	32	9,10599	+ 2,59401
α Arietis	28	25	26,6	29	0	34,05	35	7,45	34	53,89331	+13,55669
α Ceti	42	26	24,1	42	59	6,3	32	43,2	32	39,37301	+ 2,82699
Aldebar.	65	32	38,7	66	8	34,5	35	55,8	35	47,95121	+ 7,84879
Capella	74	44	59,5	75	31	14,4	46	14,9	46	1,24321	+13,65679
Rigel	75	45	10,9	76	15	24,15	30	13,25	30	5,89101	+ 7,35899
β Tauri	77	47	7,0	78	26	45,75	39	38,75	39	32,04711	+ 6,70289
α Orion.	85	32	47,2	86	6	48,9	34	1,7	33	55,41521	+ 6,28479
Sirius	98	38	36,8	99	6	21,75	27	44,95	28	2,49207	—17,54207
Caſtor	109	48	45,7	110	29	7,65	40	21,95	40	27,04071	— 5,09071
Procyon	110	40	56,8	112	13	54,0	32	57,2	33	26,11390	—28,91390
Pollux	112	39	3,7	113	17	40,2	38	36,5	39	8,10461	—31,60461
α Hydrae	138	56	57,0	139	27	49,5	30	52,5	30	52,88908	— 0,38908
Regulus	148	53	32,5	149	27	12,0	33	39,5	33	46,97616	— 7,47616
β Leonis	174	11	59,0	174	44	13,05	32	14,05	32	30,22011	— 6,17011
β Virgin.	174	32	51,3	175	5	41,55	32	50,25	32	11,27639	+38,97361
Spica	198	8	44,1	198	41	40,5	32	56,4	32	54,17854	+ 2,22146
Arcturus	211	10	53,0	211	39	28,0	28	35,8	29	24,95541	—49,15541
α^2 Librae	219	24	40,6	219	59	12,0	34	31,4	34	32,33211	— 0,93211
Gemma	231	8	6,0	231	34	36,75	26	30,75	26	26,12281	+ 4,62719
αSerpent.	233	7	0,0	233	37	50,8	30	50,85	30	42,95038	+ 7,89962
Antares	243	41	0,9	244	19	21,45	38	20,55	38	14,51911	+ 6,03089
α Hercul.	255	55	45,0	256	24	21,15	28	36,15	28	33,88781	+ 2,26219
α Oph.	260	57	4,0	261	26	12,15	29	8,15	28	59,60201	+ 8,54799
Wega	277	12	11,0	277	33	29,55	21	18,55	21	2,17661	+16,37339
γ Aquilae	293	42	45,3	294	12	37,95	29	52,65	29	50,58191	+ 2,06809
Atair	294	46	0,7	295	16	46,95	30	46,25	30	16,13691	+30,11309
β Aquilae	295	52	51,5	296	23	46,05	30	54,55	30	49,66777	+ 4,88223
α^1 Capric.	301	4	55,1	301	39	55,35	35	0,25	34	55,17551	+ 5,07449
α^2 Capric.	301	10	49,9	301	45	52,2	35	2,3	34	55,54181	+ 6,75819
Deneb	308	18	51,3	308	40	13,65	21	22,35	21	20.74391	+ 1,60609
α Aquar.	328	21	46,1	328	54	6,45	32	20,35	32	17,79951	+ 2,55049
Fomah.	341	5	5,0	341	40	12,15	35	7,15	34	47,13461	+20,01539
α Pegaſi	343	12	22,5	343	43	33,45	31	10,55	31	7,52724	+ 3,02276
α Andr.	359	0	25,0	359	32	39,15	32	14,15	32	1,67932	+12,47068

Converti me porro ad inveſtigationem motus hujus in declinatione, quem pari modo, ut hunc, in aſcenſione recta pertractans, in ſequentes incidi quantitates, cum quantitatibus Cl. *MASKELYNE* non usquequaque conſentientes, ut haec oſtendet tabella:

Nomen Stellarum	Distantia polar. med. 1760 sec. *Bradley*	Distantia polaris med. 1802 sec. *Maskelyne*	Diff. declin. Maskelyne cum decl. *Bradley*	Variat. in Decl. pro 42 ann. calcul.	Motus proprius in 42 annis
	° ′ ″	° ′ ″	′ ″	′ ″	″
γ Pegasi	76 9 5,3	75 54 55,9	14 9,4	14 0,40488	+ 8,99512
α Arietis	67 41 1,4	67 28 45,2	12 16,2	12 17,06766	— 0,86766
α Ceti	86 51 59,8	86 41 36,6	10 23,2	10 17,52390	+ 5,67610
Aldebar.	73 59 39,7	73 54 0,6	5 39,1	5 43,93968	— 4,83968
Capella	44 16 27,5	44 13 12,4	3 15,1	3 35,60364	— 20,50364
Rigel	98 29 50,7	98 26 19,0	3 31,7	3 23,25060	+ 8,44940
β Tauri	61 37 12,0	61 34 23,1	2 48,9	2 53,07654	— 4,17654
α Orionis	82 39 34,5	82 38 27,8	1 6,7	1 1,11294	+ 5,58706
Sirius	106 24 6,3	106 27 4,7	2 58,4	2 9,65904	+ 48,74096
Caſtor	57 36 36,0	57 41 28,0	4 52,0	4 49,50012	+ 2,49988
Procyon	84 10 36,0	84 16 34,4	5 58,4	5 14,24904	+ 44,15096
Pollux	61 24 56,8	61 30 25,7	5 28,9	5 28,01664	+ 0,88336
α Hydrae	97 37 48,0	97 48 19,3	10 31,3	10 36,26808	— 4,96808
Regulus	76 52 9,1	77 4 9,5	12 0,4	12 1,69692	— 1,29692
β Leonis	74 5 13,0	74 19 14,6	14 1,6	13 56,52240	+ 5,07760
β Virginis	86 52 56,1	87 7 6,7	14 10,6	13 57,00540	+ 13,59460
Spica	99 54 3,0	100 7 14,6	13 11,6	13 17,37672	— 5,77672
Arcturus	69 33 27,1	69 46 45,4	13 18,3	11 57,20628	+ 81,09372
α^2 Librae	105 1 44,7	105 12 26,0	10 41,3	10 46,64082	— 5,34082
Gemma	62 27 48,0	62 36 35,5	8 47,5	8 44,83620	+ 2,66380
α Serp.	82 48 11,2	82 56 24,6	8 13,4	8 21,39852	— 7,99852
Antares	115 52 32,5	115 58 31,2	5 58,7	6 8,38200	— 9,68200
α Hercul.	75 19 5,5	75 22 15,6	3 10,1	3 20,93220	— 10,83220
α Ophiuc.	77 14 48,9	77 17 0,0	2 11,1	2 8,66170	+ 2,43830
Wega	51 25 33,7	51 23 35,3	1 58,4	1 47,96268	+ 10,43732
γ Aquilae	79 57 16,6	79 51 26,8	5 49,8	5 41,32098	+ 8,47902
Atair	81 44 51,1	81 38 33,8	6 17,3	5 55,49304	+ 21,80696
β Aquilae	84 10 28,3	84 4 33,0	5 55,3	6 10,24848	— 14,94848
α^1 Capr.	103 13 44,4	103 6 22,9	7 21,5	7 17,54592	+ 3,95408
α^2 Capr.	103 16 22,0	103 8 41,6	7 40,4	7 18,78282	+ 21,61718
Deneb	45 33 59,9	45 25 16,4	8 43,5	8 43,07178	+ 0,42822
α Aquarii	91 28 32,8	91 16 25,1	12 7,7	11 57,60150	+ 10,09850
Fomah.	120 53 14,0	120 39 52,7	13 21,3	13 16,43380	+ 4,86620
α Pegasi	76 4 54,0	75 51 18,2	13 35,8	13 25,68558	+ 10,11442
α Andr.	62 14 5,9	62 0 5,8	14 0,1	14 0,36918	— 0,26918

Motus hic proprius in declinatione plus aequo ab illo, a Cl. *MASKELYNE* invento, abludit, quod in obſervationis vitium conjici debere nemo inficias ibit. Statui igitur motum hunc in declinatione alio definire conſilio, quod ut curationibus etiam et recentiori-

bus niteretur obſervationibus, Cl. *MAYERI* declinationes ad epocham anni 1756 cum illis, a Cl. *PIAZZI* ad annum 1800 conditis, comparare animus fuit. Qualem vero, facto hoc periculo, aſſecutus ſim exitum minime auſpicatum, ex tabella praeſenti patebit. Sed non eſt noſtrum, tantam tamque ſubtilem dirimere litem, quam futurorum ſeculorum judices expediant.

Nomen Stellarum	Decl. media 1756 ſec. *Mayer*			Declin. media 1800 ſec. *Piazzi*			Differ. decl. Mayer. cum decl. *Piazzi*		Variat. in decl. Pro 44 annis calculata		Motus propr. in 44 annis
	°	′	″	°	′	″	′	″	′	″	″
γ Pegaſi	13	49	37,9	14	4	18,97	14	41,07	14	40,43140	+ 0,63860
α Arietis	22	17	50,9	22	30	37,76	12	46,86	12	52,47446	— 5,61446
α Ceti	3	7	9,4	3	17	49,11	10	39,71	10	47,33672	— 7,62672
Aldebar.	15	59	48,1	16	5	44,65	5	56,55	6	0,90825	— 4,35825
Capella	45	43	10,7	45	46	39,10	3	28,40	3	46,68489	— 18,28489
Rigel	8	30	9,5	8	26	34,46	3	35,04	3	33,46244	+ 1,57756
β Tauri	28	22	32,3	28	25	26,66	2	54,36	3	2,02658	— 7,66658
α Orionis	7	20	18,9	7	21	26,91	1	8,01	1	4,66486	+ 3,34514
Sirius	16	23	54,2	16	27	4,09	3	9,89	2	15,32672	+ 54,56328
Caſtor	32	23	53,1	32	18	45,84	5	7,26	5	2,31314	+ 4,94686
Procyon	5	49	51,3	5	43	40,28	6	11,02	5	28,64653	+ 42,37347
Pollux	28	35	36,6	28	29	48,54	5	48,06	5	42,97832	+ 5,08168
α Hydrae	7	36	46,1	7	47	52,40	11	6,30	11	6,19900	+ 0,10100
Regulus	13	9	0,0	12	56	22,80	12	37,20	12	35,74650	+ 1,45350
β Leonis	15	56	6,1	15	41	25,87	14	40,23	14	36,30160	+ 3,92840
β Virgin.	3	8	15,7	2	53	31,52	14	44,18	14	36,81580	+ 7,36420
Spica	9	52	45,2	10	6	43,18	13	57,98	13	55,53938	+ 2,44062
Arcturus	20	27	47,2	20	13	48,88	13	58,32	12	31,63950	+ 86,68050
α^2 Librae	15	0	38,5	15	12	3,43	11	24,93	11	17,82900	+ 7,10100
α Serp.	7	12	40,7	7	3	53,54	8	47,16	8	45,72660	+ 1,43340
Antares	25	51	54,8	25	58	25,58	6	30,78	6	26,55370	+ 4,22630
α Ophiuc.	12	45	27,4	12	43	3,03	2	24,37	2	15,31444	+ 9,05556
Wega	38	34	16,4	38	36	21,85	2	5,45	1	52,72249	+ 12,72751
Atair	8	14	36,6	8	21	4,75	6	28,15	6	11,92069	+ 16,22931
α^1 Capric.	13	14	27,8	13	6	51,33	7	36,27	7	37,83584	— 1,56584
α^2 Capric.	13	16	49,0	13	9	8,87	7	40,13	7	39,13342	+ 0,99658
Deneb	44	25	11,6	44	34	20,58	9	8,98	9	7,70375	+ 1,27625
α Aquar.	1	29	36,3	1	17	4,63	12	31,67	12	31,46735	+ 0,20265
Fomah.	30	54	24,9	30	40	38,48	13	46,42	13	54,15778	— 7,73778
α Pegaſi	13	53	54,8	14	7	58,42	14	3,62	14	3,89238	— 0,27238
α Andr.	27	44	37,6	27	59	11,04	14	33,44	14	40,38120	— 6,94120

Ut motus hi proprii ſtellarum praecipuarum, quarum uſus aſtronomis practicis perpetuo recurrit, unico oculorum conjectu comprehendi queant, juvat hos eosdem, a Cl. *MASKELYNE* nuper compertos, ſubjungere.

Nomen Stellarum	Motus proprius annuus in AR.			Motus proprius annuus in decl.		
	in arcu	in tempore	Sec. *Maskelyne* in temp.	Ex comparat. decl. *Bradl.* et *Maskelyne*	Ex comparat. decl. *Maurri* et *Piazzi*	Sec. *Maskelyne*
	"	"	"	"	"	"
γ Pegaſi	+ 0,06176	+ 0,0041	— 0,006	+ 0,21417	+ 0,01451	+ 0,15
α Arietis	+ 0,32278	+ 0,0214	+ 0,007	— 0,02066	— 0,12760	— 0,07
α Ceti	+ 0,06731	+ 0,0045	— 0,008	+ 0,13515	— 0,17333	+ 0,08
Aldebar.	+ 0,18211	+ 0,0121	+ 0,002	— 0,11523	— 0,09905	— 0,12
Capella	+ 0,32511	+ 0,0215	+ 0,014	— 0,48818	— 0,41557	— 0,44
Rigel	+ 0,17521	+ 0,0116	— 0,002	+ 0,20118	+ 0,03585	+ 0,16
β Tauri	+ 0,15959	+ 0,0107	+ 0,001	— 0,09944	+ 0,17424	— 0,10
α Orionis	+ 0,14964	+ 0,0099	+ 0,001	+ 0,13303	+ 0,07603	+ 0,13
Sirius	+ 0,41767	+ 0,0278	— 0,028	+ 1,16049	+ 1,24008	+ 1,04
Caſtor	— 0,12121	— 0,0086	— 0,010	+ 0,05952	+ 0,11243	+ 0,04
Procyon	— 0,68843	— 0,0458	— 0,053	+ 1,05121	+ 0,96303	+ 0,95
Pollux	— 0,75249	— 0,0502	— 0,049	+ 0,02104	+ 0,11549	0,00
α Hydrae	— 0,00926	— 0,0006	— 0,006	— 0,11829	+ 0,00230	— 0,14
Regulus	— 0,17800	— 0,0118	— 0,015	— 0,03088	+ 0,03303	— 0,08
β Leonis	— 0,14691	— 0,0098	— 0,038	+ 0,12090	+ 0,08928	+ 0,07
β Virginis	+ 0,92794	+ 0,0617	+ 0,049	+ 0,32368	+ 0,16737	+ 0,24
Spica	+ 0,05289	+ 0,0031	— 0,001	— 0,13754	+ 0,05547	— 0,19
Arcturus	— 1,17037	— 0,0727	— 0,084	+ 1,93080	+ 1,97001	+ 1,72
α^2 Librae	— 0,02219	— 0,0011	— 0,007	— 0,12716	+ 0,16139	— 0,15
Gemma	+ 0,11017	+ 0,0073	+ 0,017	+ 0,06342	. . . . .	+ 0,13
α Serp.	+ 0,18809	+ 0,0125	+ 0,007	— 0,19044	+ 0,03267	— 0,19
Antares	+ 0,14359	+ 0,0094	0,000	— 0,23052	+ 0,09605	— 0,26
α Hercul.	+ 0,05386	+ 0,0032	0,000	— 0,25791	. . . . .	— 0,23
α Ophiuc.	+ 0,20352	+ 0,0132	+ 0,004	+ 0,05805	+ 0,20581	+ 0,05
Wega	+ 0,38984	+ 0,0259	+ 0,015	+ 0,24851	+ 0,28926	+ 0,27
γ Aquilae	+ 0,04924	+ 0,0036	— 0,007	+ 0,20183	. . . . .	+ 0,16
Atair	+ 0,71698	+ 0,0474	+ 0,032	+ 0,51921	+ 0,36885	+ 0,54
β Aquilae	+ 0,11624	+ 0,0081	— 0,002	— 0,35592	. . . . .	— 0,35
α^1 Capric.	+ 0,12082	+ 0,0077	+ 0,000	+ 0,09414	— 0,03529	+ 0,28
α^2 Capric.	+ 0,16091	+ 0,0107	+ 0,003	+ 0,51470	+ 0,02265	+ 0,26
Deneb	+ 0,03824	+ 0,0025	— 0,005	+ 0,01019	+ 0,02901	+ 0,03
α Aquarii	+ 0,06072	+ 0,0040	— 0,005	+ 0,24044	+ 0,00461	+ 0,19
Fomah.	+ 0,47656	+ 0,0325	+ 0,023	+ 0,11586	— 0,17586	+ 0,06
α Pegaſi	+ 0,07197	+ 0,0051	— 0,004	+ 0,24082	— 0,00619	+ 0,18
α Andr.	+ 0,29692	+ 0,0195	+ 0,005	— 0,00641	— 0,15775	— 0,06

I. Quaeratur e. g. per tabulas hic relatas aſcenſio recta et declinatio primae ſtellae Tauri (Aldebaran) ad annum 1700.

Si fixarum catalogo a Cl. *MASKELYNE* nuper ad annum 1802 conſtructo utamur: terminus medius erit annus 1751; itaque per tabulam (pag. 37) pro hoc anno habemus

Praeceſſionem in Æ = (45,"880185 + 20,"011067 ſin Æ tang. decl.) × 102

Praeceſſionem in declin. = (20,"011067 coſ Æ) × 102.

Ex Cl. *BRADLEJI* catalogo ad annum 1760 conſtructo habetur pro anno 1751 Æ α ♉ = 65° 24′ 58,"9, declinatio borealis 15° 59′ 5,"4 et calculo peracto, invenitur praeceſſio in aſcenſionem rectam = — 1° 26′ 51,"48, et in declinationem = — 14′ 9,"15, et cum ex Cl. *MASKELYNE* catalogo ad annum 1802 Æ α Tauri ſit = 66° 8′ 34,"5, declinatio bor. = 16° 5′ 59,"4; erunt eaedem ad

Annum 1700 Aſcenſio recta = . .	64°	41′	43,"02	Declinat. =	15°	51′	50,"25 b.
Motus propr. vero eſt — 0,"18211 × 102 = —			18, 58	+0,"11523 × 102 = +			11, 75
Aſcenſio recta 1700 = ...	64°	41′	24,"44	Declinat. =	15°	52′	2,"00
Sec. Cl. BÜRG*) ex obſervatione .	64	41	27, 2	——	15	52	4, 8
Differentia			2,"76	. . . . .			2, 80

II. Sit aſcenſio recta Arcturi ex catalogo Cl. *MASKELYNE* ad annum 1740 deducenda. Terminus medius annus 1771 eſt, et per tabulam pag. 37 pro hoc anno:

Praeceſſio in Æ = (45,"885475 + 20,"010617 ſin Æ tang. decl.) × 62

Praeceſſio in declin. = (20,"010617 coſ. Æ) × 62

Æ pro 1771 = 211° 18′ 35,"2, decl. bor. = 20° 23′ 25,"1; inde praeceſſio in aſcenſion. rect. pro 62 annis = — 43′ 25,"16; et cum pro anno 1802 Æ Arcturi ſecund. Cl. *MASKELYNE* ſit = 211° 39′ 28,"8,

erit aſcenſio recta media pro 1740	=	210°	56′	3,"64
et propter motum proprium + 1,"17037 × 62 .	= +	1	12,	56
Aſcenſio recta 1740		210	57	16, 20
ſecundum obſervationes Cl. *LE MONNIER***).		210	57	10, 0
Differentia				6,"20

*) Monatl. Correſpondenz. Junius 1806.

**) Conn. des tems, Année VI, pag. 216.

III. Pro declinatione ejusdem ſtellae ad annum 1750 habetur

Declinatio 1802 ex Cl. *MASKELYNE* catalogo	20°	13′	14,″6 bor.
Praeceſſio in 52 annis . . . . . +	14	49, 0	
Motus proprius + 1,″9308 + 52 . . . . . +	1	40, 4	
Declinatio bor. 1750	20	29	44, 0
ex obſervationibus Cl. DE LA *CAILLE* *)	20	29	39, 3
Differentia			4, 7

Differentiae hae perexiguae, ad minimum aequa ex parte in obſervationum vitium absque injuria conjiciendae, ſatis ſuperque demonſtrant, quantitates praeceſſionis punctorum aequinoctialium, et motus proprii fixarum, prout a nobis definitae et adhibitae ſint, ad veritatem quam proxime accedere.

Recentioribus temporibus, introducto novo hoc organo, quod *circulos repetentes* (Cl. *BORDAE* nomine inſignitos) vocant, ſtellae polaris uſus tum apud aſtronomos magnopere increbuit, tum apud geographos plurimum conſuetudine invaluit.

Primo: Ad determinandam poli elevationem ſtella haec peridonea viſa eſt, cum variationes altitudinum ante et poſt tranſitum per meridianum obſervatarum, exiguae admodum, adeoque accuratius computandae ſint, et altitudines ipſae, ob perexiguum arcum diurnum per longius temporis intervallum obſervandae, ideoque ſaepius in inſtrumento repetendae et multiplicandae veniant.

Secundo: Stellae hujus uſus ad determinandos objectorum terreſtrium ſitus reſpectu meridiani translatus eſt. Cum primum enim tale adeſt inſtrumentum, quale eſt *circulus repetitor*, quod praeter illum tubum, qui ad ſtellam dirigitur, alio inſtructus eſt, qui ad objectum terreſtre dirigi poteſt: illi ita applicari poſſunt, ut conſtet, quantum angulum intercipiant planum verticale per ſtellam, et planum verticale per objectum. Cum porro ex altitudine ſtellae quovis tempore noſcatur etiam angulus, quem cum meridiano intercipit planum verticale, in quo ſtella verſatur: objecti terreſtris, quod vocant *Azimuthum*, quoque innoteſcet.

Conſultum aliquibus viſum eſt, obſervationem anguli intercepti ſemper in maxima digreſſione ſtellae a meridiano ſive orientali, ſive occidentali inſtituere, quoniam circa illud tempus, quo contingit, Azimutha minus quam quovis alio mutantur. Sed conditio haec, cum ſtella nonniſi noctu aut in crepuſculo obſervari poſſit, metho-

*) Aſtronomiae fundamenta etc. Pariſiis 1757, pag. 235.

dum hanc valde coarctat, et anguſtioribus circumſcribit limitibus, cum certis anni temporibus, quibus ſtella in Azimuthis ſuis maximis interdiu verſatur, obſervatio haec perfici neutiquam poſſit, etiamſi tubi optici, quibus *circuli repetentes* muniuntur, tantae ſint perfectionis, ut ſtellam etiam interdiu oſtendant. Ego vero cum non crediderim, conditioni huic religioſe obtemperandum, et magnos in ejus neglectu pertimeſcendos eſſe errores, in hunc effectum diligentius inquiſivi, ut periculum, ſi quod imminet, exploratum et perſpectum habeatur.



Sit itaque Z Zenith, P Polus aequatoris, adeoque PZ meridianus, S locus ſtellae polaris. Erit

PZ complementum latitudinis loci $= p$

PS complementum declinationis ſtellae $= D$

Angulus SPZ ſupplement. anguli horarii $= h$

Angulus PZS Azimuth. ſtellae quaeſitum $= z$

Eſt igitur:

$$\text{Cotang } z = \frac{\text{tang D cof p}}{\text{ſin h}} + \text{ſin p cotang h}$$

vel per angulum ſubſidiarium x, cujus

tangens $x = -\text{cof h cotang D}$

Subſtituendo erit

$$\text{cotang } z = \frac{-\text{cotang h cof (p} + x)}{\text{ſin x}}$$

Ponatur in formula prima $h = 90°$, erit pro maxima digreſſione ſtellae a meridiano ſive orientali ſive occidentali cotangens Azimuthi maximi

$$= \text{tang D cof p}$$

Qualem nunc error in angulo horario h vim habeat in Azimuthum z, per ſequentem inveniemus differentiationem. Erit itaque:

$$+ dz \text{ cofec}^2 z = + dh \left(\text{tang D cof p} \frac{\text{cof h}}{\text{ſin h}^2} + \text{ſin p cofec h}^2\right)$$

$$\text{vel } \frac{dz}{\text{ſin z}^2} = \frac{dh}{\text{ſin h}^2} \left(\text{tang D cof p cof h} + \text{ſin p}\right)$$

$$\text{vel } dz = dh \frac{\text{ſin z}^2}{\text{ſin h}^2} \left(\text{tang D cof p cof h} + \text{ſin p}\right)$$

$$\text{vel } dz = dh \frac{\text{cof D}^2}{\text{ſin Z S}^2} \left(\text{tang D cof p cof h} + \text{ſin p}\right)$$

Ut valor hujus formulae definite innoteſcat, ponamus caſum, in quo valor dh maximam in dz habet vim, quod aperte tunc evenit, quando ſtella in ipſo meridiano verſatur; tum enim eſt $ZS = ZP =$ complemento latitudinis, et ubi cof $h = o$. Unde

$$dz = dh \frac{\text{cof } D^2}{\text{cof } p^2} \text{ ſin } p$$

vel $dz = dh$ cof D^2 tang p ſec p

Pro ſtella polari eſt cof $D^2 =$ cof^2 88° 14′ $= 0{,}00095$ Factor, tang p ſec p valorem 2 (rectius 1,960) ſub latitudine 51° ne attingit quidem; erit itaque in hoc caſu

$$dz = 0{,}0019\, dh$$

ubi probe notandum, nos hic minime faventem poſuiſſe caſum; et tamen omnis error in z ne $\frac{1}{300}$ quidem erroris partem exaequat, qui ex h provenire poteſt. Ponatur nunc, errorem in angulo horario h, qui ex aſcenſione recta ſtellae Polaris, et ex temporis veri determinatione exoriri poteſt, citra omnem veriſimilitudinem ad 10 minuta ſecunda in tempore allurgere, quod in hodierna aſtronomia practica nunquam ne craſſiſſimis quidem obſervationibus evenire poteſt, tamen omnis effectus ingentis hujus erroris, qui in Azimuthum redundabit, vix 0,″3 in arcu producere valet.

Liquet itaque ex diſquiſitione noſtra, methodum hanc, per ſtellam polarem determinandi quovis tempore tuto, et citra omne hallucinationis periculum adhiberi poſſe.

Si objectum quoddam terreſtre in meridiani proximitate ad boreum ita jacet, ut ſtella polaris per ejusdem motum diurnum planum verticale hujus objecti attingat, poteſt problema nunc diſceptatum etiam inverti, et ex obſervato tempore tranſitus per hoc planum, ſitus hujus objecti, ad meridianum relatus, definiri.

Uſus itaque multifarius, frequens et inſignis ſtellae polaris, qui potiſſimum cognitionem exquiſitam declinationis hujus fixae praeſupponit, me commovit, ut in ejusdem motum proprium diligentius inquirerem. Cum vero ex *MAYERO* et *LALANDIO*, qui eandem jam pertractarunt materiem, notum mihi eſſet, motum hunc perexiguum eſſe: ſtatui, fixae hujus declinationem ex *FLAMSTEEDIO* derivare; quod experimentum eo fidentius capere potui, cum experientia jam edoctus fuiſſem, *FLAMSTEEDII* obſervationes in declinatione praeprimis ſtellarum circumpolarium, quae ſupra et infra polum inſtitutae ſunt, et in quibus inſtrumenti errores evaneſcunt, majorem prae ſe ferre accurationis notam, quam illius obſervationes in aſcenſione recta, quae ejusdem fixae poſitiones ſaepenumero adeo diverſas exhibent, ut ſine noxa ne ad *medium* quidem, quod dicimus *arithmeticum*, admittendae ſint. Pro quavis vero ſtella deviationem Quadrantis a meridiani plano calculo definire, opus ſane praepoſterum eſſet. Jam cum *FLAMSTEEDIO* aberratio lucis et axis terreſtris nutatio nondum cognita eſſet; ejusdem obſervationes ſtellae polaris ab ovo ad calculum mihi revocandae, et motuum horum rationes conficiendae erant; quo calculo rite peracto, ſequentes elicui fixae hujus diſtantias medias a polo boreo:

Stellae polaris diſtantia a polo boreo anno 1690 ex FLAMSTEEDII *obſervationibus ſupra polum deducta.*

Temp. obſerv. St. vet.	Diſtant. a vert. obſ. ab errore collim. liberae	Diſtantia a polo boreo	
		apparens obſerv.	media 1690
1689			
Sept. 18	36° 8′ 50″	2° 21′ 48.″4	2° 21′ 42.″9
Nov. 15	8 55	21 43.4	58.6
29	8 55	21 43.4	61.6
30	8 55	21 43.4	61.8
Dec. 9	9 0	21 38.4	57.9
9	9 5	21 33.4	52.9
15	9 0	21 38.4	58.4
17	9 10	21 28.4	48.5
26	9 10	21 28.4	49.2
1690			
Sept. 15	36° 8′ 55″	2° 21′ 43.″4	58.6
Oct. 19	9 35:	21 3.4:	. . .
Dec. 3	9 25	21 13.4	54.1
11	9 55:	20 43.4:	. . .
12	9 25	21 13.4	55.2
14	9 25	21 13.4	55.2
1691			
Jan. 2	36° 9′ 45″	2° 20′ 53.″4	36.7
6	9 35	21 3.4	46.7
7	9 35	21 3.4	46.8
8	9 40	20 58.4	41.7
Nov. 24	9 50	20 48.4	49.4
Dec. 8	9 45	20 53.4	56.5
16	9 50	20 48.4	52.1
1692			
Nov. 10	36° 10′ 5″	2° 20′ 33.″4	52.2
27	10 10	20 28.4	51.0
Dec. 11	10 20	20 18.4	42.6
1693			
Sept. 19	36° 10′ 0″	2° 20′ 38.″4	58.8
26	10 20	20 18.4	41.5
Oct. 2	10 15	20 23.4	48.9
Dec. 4	10 50	19 48.4	32.2
19	10 35	20 3.4	48.4

Temp. obſerv. St. vet.	Diſtant. a vert. obſ. ab errore collim. liberae	Diſtantia a polo boreo	
		apparens obſerv.	media 1690
1694			
Jan. 4	36° 10′ 35″	2° 20′ 3.″4	2° 21′ 49.″5
8	10 35	20 3.4	49.5
Sept. 22	10 40	19 58.4	39.5
Dec. 13	10 55	19 43.4	47.3
21	10 55	19 43.4	47.9
1695			
Jan. 8	36° 11′ 15″	2° 19′ 23.″4	28.8
Jul. 31	10 40	19 58.4	39.3
Oct. 27	11 20	19 18.4	31.4
Nov. 18	11. 10	19 28.4	47.4
Dec. 3	11 25	19 13.4	35.0
4	11 25	19 13.4	35.1
25	11 50	18 48.4	. . .
27	11 55	18 43.4	. . .
1696			
Jan. 13	36° 11′ 35″	2° 19′ 3.″4	27.5
14	11 30	19 8.4	32.4
Jul. 14	10 0	19 38.4	34.2
19	10 55	19 43.4	40.2
Nov. 21	11 40	18 48.4	27.2
23	11 40	18 48.4	27.6
Dec. 2	11 45	18 43.4	23.7
1697			
Oct. 17	36° 11′ 40″	2° 18′ 48.″4	33.5
Dec. 8	12 10	18 18.4	16.3
16	12 10	18 18.4	17.0
1698			
Nov. 30	36° 12′ 35″	2° 17′ 43.″4	58.1

Summa 50 (2° 21′) + . . . 2208.″8

Diſtantia media . . . . 2° 21′ 44.″18

Stellae polaris diſtantia a polo boreo 1690 ex FLAMSTEEDII obſervationibus infra polum deducta.

Temp. obſerv. St. vet.	Diſtant. a vert. obſ. ab errore collim. liberae	Diſtantia a polo boreo	
		apparens obſerv.	media 1690
1689			
Nov. 29	40 51 40	2 21 9,3	2 21 27,6
Dec. 1	51 45	21 14,3	32,8
9	51 45	21 14,3	33,8
1690			
Apr. 12	40 52 5	2 21 34,3	33,2
25	52 20	21 49,3	45,2
Maj. 14	52 20	21 49,3	42,1
Dec. 3	51 20	20 49,3	30,0
13	51 20	20 49,3	31,1
14	51 20	20 49,3	31,2
1691			
Jan. 6	40 51 35	2 21 4,3	47,7
7	51 30	20 59,3	42,8
Mart. 10	51 30	20 59,3	29,4
Apr. 25	51 45	21 14,3	32,2
Nov. 24	51 0	20 29,3	30,3
Dec. 8	50 50	20 19,3	22,4
21	50 45	20 14,3	. . .
1692			
Mart. 9	40 51 0	2 20 29,3	21,3
Maj. 2	50 55	20 24,3	. . .
3	51 30	20 59,3	37,3
Nov. 27	50 45	20 14,3	36,9
1693			
Dec. 4	40 50 30	2 19 59,3	43,1
7	50 30	19 59,3	43,4
1694			
Jan. 7	40 50 20	2 19 49,3	35,4
Mart. 17	50 45	20 14,3	44,6
Maj. 4	51 0	20 29,3	47,5
Dec. 10	50 0	19 29,3	33,0
13	50 10	19 39,3	43,3
28	50 5	19 34,3	39,3

Temp. obſerv. St. vet.	Diſtant. a vert. obſ. ab errore collim. liberae	Diſtantia a polo boreo	
		apparens obſerv.	media 1690
1695			
Apr. 1	40 50 10	2 19 39,3	2 21 24,4
Maj. 3	50 50	20 19,3	46,7
13	50 40	20 9,3	45,2
18	50 50	20 19,3	54,5
Dec. 4	49 50	19 19,3	41,0
13	49 50	19 19,3	41,9
1696			
Jan. 13	40 49 45	2 19 14,3	38,0
14	49 45	19 14,3	38,4
16	49 55	19 24,3	47,7
Maj. 1	50 20	19 49,3	45,7
6	50 25	19 54,3	49,8
Dec. 2	49 40	19 9,3	49,3
7	49 30	18 59,3	40,1
1697			
Apr. 22	40 50 15	2 19 44,3	60,5
Dec. 7	49 15	18 44,3	42,1
16	49 15	18 44,3	42,9
1698			
Dec. 18	40 48 50	2 18 19,3	35,5
1699			
Dec. 18	40 48 30	2 17 59,3	33,2

Summa 44 (2° 21′) + . . . 1713,″8

Diſtantia media . . . . 2° 21′ 38,″95
ex diſtant. ſupra polum 2 21 44, 18

Medium 2 21 41, 57
Praeceſſ. pro 11 diebus — 0, 60

Diſt. med. pro 1690 St. v. 2° 21′ 40,″97

Poſtquam declinationem mediam ſtellae polaris ex *FLAMSTEEDII* obſervationibus ad annum 1690 determinaveram, conferenda mihi erat cum ejusdem declinatione noſtris temporibus definita. In hunc finem peropportuna nobis viſa eſt declinatio noſtra, in ſpecula *Erneſtina circulo repetente Bordiano* tricentenis obſervationibus determinata,*) et cum illa a Cl. *DELAMBRE* ex quingentis obſervationibus deducta ad 0,39 ſecundorum ſcrupulum conſentiens.

Aliam vero methodum, qua ſupra ad eliciendum hunc motum proprium hic utendum putavi, praeſens calculi typus luculentius, quam verba multa, illuſtrabit.

Ex obſervationibus meis in ſpecula *Erneſtina* inſtitutis, eſt aſcenſio recta media ſtellae polaris ad initium anni 1790 = 12ʰ 33′ 56,″943, declinatio media = 88° 11 10,″232; ex tabulis meis ſolaribus noviſſimis obliquitas media eclipticae pro eodem tempore 23° 28′ 1,″86. Hinc per formulas notiſſimas computantur longitudo et latitudo hujus fixae, et calculo peracto erit:

Longitudo Polaris pro 1790	85°	37′	50,″851	Latitudo	66°	4′	34,″760
Praeceſſ. 100 annor. (p. 26)	— 1	23	25, 168	. . . . .			
Motus ſecularis	—		7, 910	. . . . .	—		52, 515
Long. media pro 1690 . .	84°	14′	17,″773	Latitudo	66°	3′	42,″245

Quibus datis, et obliquitate media eclipticae pro anno 1690, ex tabulis meis ſolaribus excerpta, invenietur denuo aſcenſio recta et declinatio ſtellae pro initio anni 1690. Sed habet ſtella polaris in calculo trigonometrico id difficultatis, quod, cum ejus longitudo et declinatio prope ad quadrantem accedat, illarum relationes ad aequatorem et ad eclipticam per tabulas noſtras trigonometricas conſuetas difficilius abſolvuntur. Cum enim coſinus arcuum parvorum, vel ſinus arcuum prope quadrantem in calculo hoc evitari non poſſint; illorum logarithmi vero in tabulis vulgaribus, etiam in amplioribus *CALLETI*, non ſatis diſtinguantur, quoniam logarithmi hi in primis ſeptem figuris decimalibus parum aut nihil differunt: confugiendum eſt ad tabulas majores, ut v. g. ad illas Gellibrandi, Pitiſci, Vlacquii, quarum poſtremas, plurimis erroribus purgatas, in *Theſauro* ſuo *logarithmorum completo* Lipſiae iterum edi curavit anno 1794 Cl. *VEGA*, ubi logarithmorum numeri ad figuras decimales decem expanduntur.

*) Monatl. Correſpondenz. Julius 1804, pag. 24.

Utendo itaque tabulis his, ut declinationem maximam cum accuratione aſſequi poſſimus, calculum per ſequentem concinnam abſolvemus formulam,*) in qua

$$\text{cof anguli ſubſidiarii } \phi = \frac{\sqrt{(\text{cof}^2 \tfrac{1}{2} l \sin s \sin \lambda)}}{\sin \tfrac{1}{2}(\lambda + s)}$$

Erit poſtea

$$\sin \tfrac{1}{2} p = \sin \tfrac{1}{2}(\lambda + s) \sin \phi$$

ubi littera l denotat complementum longitudinis; λ complementum latitudinis; p diſtantiam fixae a polo boreo; s obliquitatem ecliptícae mediam.

En jam calculi typum. Habemus itaque:

$l = 5^\circ\ 45'\ 42,''227$ $\quad s = 23^\circ\ 28'\ 53,''860$

$\frac{1}{2} l = 2\ 52\ 51,114$ $\quad \lambda = 23\ 56\ 17,755$

$\frac{1}{2}(s+\lambda) = 23\ 42\ 35,808$

Hinc porro

log. cof $\frac{1}{2} l$ = 9,9994507907

log. cof$^2 \frac{1}{2} l$ = 9,9989015814

log. sin s = 9,6003792668

log. sin λ = 9,6082607601

9,2075416083

9,6037708042

log. sin $\frac{1}{2}(s+\lambda)$ = 9,6043413427

log. cof ϕ = 9,9994294615 = $2^\circ\ 56'\ 10,''495$

log. sin = 8,7094800699

$\frac{1}{2}(s+\lambda)$ log. sin = 9,6043413427

$\frac{1}{2}$ p log. sin = 8,3138214126

$\frac{1}{2} p = 1^\circ\ 10'\ 48,''907$; $p = 2^\circ\ 21'\ 37,''814$

Eſt ergo Declin. med. ſtellae pol. ad annum 1690

per calcul. noſtrum . . . . . = $87^\circ\ 38'\ 22,''186$

ex *FLAMSTEEDII* obſervationib. invenimus . = 87 38 19, 030

erit motus propr. 100 ann. = + 3,''156

motus hic igitur annuus in declinatione eſt . . . . + 0,''03156

quo declinatio hujus fixae augetur.

*) Materiem hanc fuſius pertractarunt conſueto geometrico acumine fratres *Joannes* et *Daniel Bernoulli* in duabus, de ſtella polari, diſſertationibus in *Nouveaux Mémoires de l'Acad. Roy. des Sc. de Pruſſe* 1774, p. 370, 1775, p. 280, et 1778, p. 203. Vide etiam *Lambert*, *Berliner aſtron. Jahrbuch* 1778 p. 205 et *Delambre*, Conn. des tems, année 1789, p. 205.

Videtur et propterea ſtella polaris ad recentiores uſus geographicos valde commendanda, quod motus proprius adeo exiguus, ideoque ejus declinatio ſemel determinata ſemper maxima cum fiducia adhiberi poteſt. Cum in determinanda fixae hujus poſitione omnem impenderim curam, gratam me obſervatoribus rem facturum exiſtimo, ſi ejusdem aſcenſiones rectas et declinationes medias ex obſervationibus meis elicitas pro variis annorum epochis hic referam.

Anni	Aſcenſio recta media Stellae polaris in arcu	Praeceſſio annua	Declinatio borealis media Stellae polaris	Praeceſſio annua cum motu proprio
1790	12° 33′ 56,″943	3′ 3,″367	88° 11′ 10,″350	19,″563
1791	12 37 0, 310	3 4, 330	88 11 29, 913	19, 559
1792	12 40 4, 640	3 5, 302	88 11 49, 472	19, 555
1793	12 43 9, 942	3 6, 282	88 12 9, 027	19, 550
1794	12 46 16, 224	3 7, 271	88 12 28, 577	19, 546
1795	12 49 23, 495	3 8, 269	88 12 48, 123	19, 542
1796	12 52 31, 764	3 9, 276	88 13 7, 665	19, 538
1797	12 55 41, 040	3 10, 292	88 13 27, 203	19, 534
1798	12 58 51, 332	3 11, 317	88 13 46, 737	19, 529
1799	13 2 2, 649	3 12, 351	88 14 6, 266	19, 525
1800	13 5 15, 000	3 13, 395	88 14 25, 791	19, 521
1801	13 8 28, 395	3 14, 447	88 14 45, 312	19, 517
1802	13 11 42, 842	3 15, 508	88 15 4, 829	19, 513
1803	13 14 58, 350	3 16, 580	88 15 24, 342	19, 508
1804	13 18 14, 930	3 17, 663	88 15 43, 850	19, 504
1805	13 21 32, 593	3 18, 755	88 16 3, 354	19, 500
1806	13 24 51, 348	3 19, 857	88 16 22, 854	19, 495
1807	13 28 11, 205	3 20, 969	88 16 42, 349	19, 491
1808	13 31 32, 174	3 22, 091	88 17 1, 840	19, 486
1809	13 34 54, 265	3 23, 224	88 17 21, 326	19, 482
1810	13 38 17, 489	3 24, 367	88 17 40, 808	19, 477
1811	13 41 41, 856	3 25, 520	88 18 0, 285	19, 472
1812	13 45 7, 376	3 26, 684	88 18 19, 757	19, 467
1813	13 48 34, 060	3 27, 860	88 18 39, 224	19, 463
1814	13 52 1, 920	3 29, 047	88 18 58, 687	19, 458
1815	13 55 30, 967	3 30, 244	88 19 18, 145	19, 453
1816	13 59 1, 211	3 31, 453	88 19 37, 598	19, 448
1817	14 2 32, 664	3 32, 673	88 19 57, 046	19, 443
1818	14 6 5, 337	3 33, 906	88 20 16, 489	19, 438
1819	14 9 39, 243	3 35, 156	88 20 35, 927	19, 433
1820	14 13 14, 393	3 36, 404	88 20 55, 360	19, 428

De Aberratione Lucis.

De fixarum a tellure diſtantia, adeoque de illarum parallaxi, multum et diu apud aſtronomos ſuperiorum ſeculorum diſputatum eſt; alii eam majorem, alii minorem putabant, nonnulli infinitam. Supponitur vulgo, diametrum orbitae terreſtris ad diſtantiam fixarum ne minimam quidem habere rationem, et ipſum orbem annuum eſſe inſtar puncti reſpectu ſphaerae fixarum, ideoque angulum, quem dicimus, *parallaxis annuae*, plane evaneſcere, et nullis organis humanitus eſſe obſervabilem.

Ad horum argumentorum veritatem perſpiciendam, et obſervationibus comprobandam, jam ab anno 1582 ad noſtrum usque aevum orbis magni parallaxin rimati ſunt aſtronomi. Quam ſubtiliſſimae indaginis materiem inprimis inquiſiverunt *TYCHO-BRAHEVS*, *RICCIOLVS*, *ROBERTVS HOOKIVS* et *FLAMSTEEDIVS*, ſed ſucceſſu haud felici.

Cum ſub finem anni 1725 Clar. *SAM. MOLYNEVX* et *BRADLEJVS* inſtrumentis amplioribus et accuratioribus, ad explorandam hanc latitudinum parallaxin ſe denuo accinxiſſent: detexit primus Cl. *BRADLEJVS* circa 17 Decembris 1725 ſtellam γ Draconis a vertice auſtrum verſus ſenſim recedere; illius igitur latitudinem decreſcere 20″ usque ad initium Martii 1726. A loco menſis Junii 20″ in Septemtrionem divertebat ſtella, illiusque latitudo creſcebat, ita ut differentia latitudinum inter loca menſe Martio et Septembri notata eſſet 39″.

Comparanti motus hos apparentes ſtellae Draconis cum parallaxis annuae legibus, illico patebit, illos parallaxis hujus effectibus e diametro eſſe oppoſitos. Nam maxima latitudo in oppoſitionem, et minima in conjunctionem incidere debuiſſet; etenim ſecundum obſervationes Cl. *BRADLEJI* maximae et minimae latitudines circa Martium et Septembrem contigerunt. Sed tunc temporis ſtella erat in quadraturis, ubi aequales debuiſſent eſſe latitudines, quae in illo ſitu parallaxi carent.

Poſt varia tentamina, inexſpectatas et paradoxas prorſus haſce ſtellarum variationes explicandi, tandem feliciter invenit Cl. *BRADLEJVS*, veram cauſam horum phaenomenorum eſſe *ſucceſſivam luminis propagationem*, a Cl. *OLAO ROEMERO* circa annum 1675 primum ope eclipſium ſatellitum Jovis detectam. Obſervatum enim eſt, eclipſes ſatellitum citius contingere circa oppoſitionem, quam circa conjunctionem Jovis, illasque eo tardius cerni, quo magis

terra a Jove digreditur. Conjiciebatur inde, lucem diametrum orbitae terreſtris tempore 16' 15" percurrere, unde colligebatur, celeritatem mediam telluris in orbita ſua ad luminis celeritatem eſſe in ratione 1 : 10313. Tanta vero eſt haec celeritas, ut 8 minutorum tempore ſpatium 20618 ſemidiametrorum terrae abſolvat; ideoque tempore unius minuti ſecundi, 43 ſemidiametros terrae percurrat.

Hinc objectum, quod antea occultum erat, non eo momento, quo lucem emittere incipit, cernitur, ſed tardius, et quidem eo tardius, quo major eſt diſtantia inter objectum et ſpectatorem. Si autem objectum vel ſpectator moveatur, vel ſi objectum et ſpectator ſimul moveantur, objectum non vero in loco, ſed apparenti obſervabitur; componitur nempe motus objecti ex motu ſuo et motu lucis. Inde jam autumari licet, ſtellas propter ſucceſſivam hanc luminis propagationem et telluris motum annuum in locis apparentibus, non veris, debere obſervari. Mutatio, quam propagatio haec lucis ſtellarum locis infert, dicitur *Aberratio luminis*, illamque cum *BRADLEJI* obſervationibus perfecte conſpirare demonſtrabimus. Ex ſequentibus ſimul pateſcet, parallaxin orbis magni eſſe nullam, vel admodum exiguam: nam theoria BRADLEJANA tam accurate cum obſervationibus congruit, ut parallaxis annua unius minuti ſecundi, ſi locum habuiſſet, diſcerni potuiſſet.

In plerisque aſtronomiae elementis oſtendi ſolet, motum *apparentem* fixarum, a luminis propagatione ſucceſſiva et motu telluris in orbita ſua oriundum, conſiſtere in eo, ut ſtella quaevis intra anni ſpatium parvam ellipſin in coelo videatur deſcribere, cujus axis major, in ſphaera coeleſti arcum conſtantem 40 minutorum ſecundorum, plano ecliptices ſemper parallelum, metiatur, minor vero pro ratione ſinus latitudinis fixae varietur. Ideoque axis major hujus ellipſis pro omnibus ſtellis aequat maximam aberrationem. Verſatur autem ſtella in axe majori tempore conjunctionis et oppoſitionis cum ſole; in axe minori, tempore quadraturarum. Patet inde, polum eclipticae deſcribere circulum, cujus diameter eſt 40". Stellae autem eo oblongiores deſcribere videbuntur ellipſes, quo minor eſt illarum latitudo. Latitudines vero ſtellarum carent aberratione, ſed aberratio longitudinis pro ſole ſemper eſt 20"; ideoque longitudini ſolis obſervatae conſtanter 20" addi debent, ut habeatur locus ſolis verus.

Hae, ut ſolent vocari, *aberrationum ellipſes*, omnes ſtellarum mutationes apparentes, per luminis aberrationis effectus productas, reſpectu ecliptices, et reſpectu aequatoris, perbelle explicant, et il-

larum ope aberrationes in aſcenſionem rectam et in declinationem computantur, aliaque exinde deducuntur, quae in hoc negotio aſtronomorum praxi ſubveniunt. Sunt, qui miſſis his aberrationum ellipſibus, doctrinam hanc potius analytice pertractent. Sed demonſtrationibus his ſuperſedeo, cum illas partim in Cl. *DE LA LANDE Aſtronomia* lib. XVII, in omnium manibus verſante, partim in aliorum praelectionibus aſtronomicis ulterius liceat perſpicere. Accedo potius ad ipſam aberrationis maximae quantitatis explorationem.

Obſervationes Cl. *BRADLEJI*, quae luminis aberrationem inveniendi locum dedere, et quae in *Transactionibus philoſophicis ſocietatis ſcientiarum reg. Londinens.* anni 1728 No. 406 primum in lucem prodiere, hucusque a nemine, quod ſciam, ad calculum exquiſitiorem ſunt revocatae. Omnes aſtronomi in eo acquieſcebant, aberrationis ellipſis 40 minutorum ſecundorum, hoc eſt, maximam et *abſolutam* aberrationis quantitatem numero rotundo $\pm$ 20″ eſſe, quae denique ad eclipticam vel ad aequatorem relata, varias, prout ſtellarum ſitus poſtulat, aberrationum inaequalitates, calculo definiendas, producit. Exploranda itaque nobis inprimis erat vera et abſoluta aberrationis hujus quantitas.

Refert Cl. *BRADLEJVS* in praedicta ſua diſſertatione, ſe Sectore zenithali Grahamiano duodecimpedali maximas per anni decurſum inveniſſe variationes in declinatione 39″ per diſtantias a vertice ſtellae γ Draconis; 36″ per η Urſae majoris; 34″ per α Caſſiopeae; 23″ per α Perſei; 25″ per τ Perſei; 39″ per β Draconis; 19″ per 35 Camelopardalis; 16″ per Capellam; unde aberrationis ellipſeos axem concludebat per

γ Draconis	40,″4
η Urſae majoris . . .	40, 4
α Caſſiopeae	40, 8
α Perſei	40, 2
τ Perſei	41, 0
β Draconis	40, 2
35 Camelopardalis . .	40, 2
Capellam	40, 0

Inſtituto denuo hoc calculo, elementis caſtigatis, et ex recentiorum obſervationibus repetitis, eum aliquantisper a BRADLEJANO abludere comperimus; ſequentem vero calculi methodum ſecuti ſumus. Demonſtratur paſſim (*DE LA LANDE Aſtron.* § 2868) maximam in declinationem aberrationem eſſe:

$$\frac{20'' \cos \text{Æ} * \sin \text{decl.} *}{\sin \text{arg. aberr. max.}}$$

hinc, data aberratione maxima in declinationem $= \alpha$, erit aberratio abſoluta:

$$\frac{\alpha \sin \text{arg. aberr. max.}}{\cos \text{Æ} * \sin \text{declin.} *}$$

Poteſt haec aberratio abſoluta etiam per aliam formulam definiri, in qua dantur: longitudo ſideris, latitudo $= \lambda$, angulus poſitionis $= \pi$. Erit tunc aberratio abſoluta:

$$\frac{\alpha}{\cos x \sin \pi - \sin x \cos \pi \sin \lambda}$$

Quantitas x eſt long. * — long. ☉. Utraque formula eosdem exhibet valores pro aberratione maxima, prout in elencho ſequenti, appoſitis omnibus elementis, conſpiciuntur.

Stellarum poſitiones mediae ad initium anni 1728.

Nomina Stellarum	Longitudo				Latitudo				Aſcenſio recta				Declin. bor.			
γ Draconis	8^s	24°	11′	23″	74°	57′	28″		267°	34′	40″		51°	31′	59″	
η Urſae maj.	5	23	6	27	54	23	45		204	11	49		50	40	49	
α Caſſiopeae	1	4	0	42	46	36	20		6	19	9		55	2	31	
β Draconis	8	8	8	50	75	18	30		261	4	37		52	30	58	
α Perſei	1	28	17	40	30	5	55		46	16	14		48	51	50	
τ Perſei	1	24	7	40	34	20	43		38	47	37		51	37	27	
Capella	2	18	3	38	22	51	44		74	9	45		45	40	43	
35 Camelopard.	2	27	50	27	28	6	5		86	31	35		51	33	3	

Hinc peracto calculo

Nomina Stellarum	Ang. poſition.			Arg. max. aberrat.				Obſerv. *Bradl.*	Reduct. ad polum eclipt.
γ Draconis	3°	43′	12″	11^s	28°	2′	29″	39″	40,″378
η Urſae maj.	38	37	30	10	7	36	32	36	40, 423
α Caſſiopeae	35	11	51	2	19	51	48	34	41, 085
β Draconis	14	6	5	11	22	45	24	39	40, 236
α Perſei	18	33	42	3	24	29	20	23	40, 201
τ Perſei	22	5	30	3	18	23	43	25	38, 820
Capella	6	46	36	5	1	3	6	16	39, 658
35 Camelopard.	1	34	5	5	24	30	53	19	38, 281

Rejectis

Rejectis tribus poſtremis valoribus, a ceteris ultra modum discrepantibus, erit aberratio abſoluta, quae ex obſervationibus BRADLEJANIS prodit, ſumpto medio arithmetico = 20,"232. Cl. *BRADLEJVS* in disquiſitione ſua, in *Transact. philoſ. anglic.* pag. 655 relata, affirmat, ſe complures aliarum ſtellarum obſervationes comparaſſe; omnes vero in eo conſpiraſſe, valorem maximum intra 40" et 41" ſemper convenire; unde eundem 40,"5, adeoque aberrationem abſolutam 20,"25 ſtatuit.

Seculum eſt, quod primi comitis Jovis eclipſes Cl. *ROEMERO* luminis propagationem et velocitatem detegendi anſam praebuerunt; cujus vero quantitatem Cl. *BRADLEJVS* obſervationibus ſuis exquiſitioribus accuratius ſtabiliverat. Sed viſum eſt Cl. *DE LA PLACE*, in ſtatu praeſenti, in quem theoria primi ſatellitis Jovis nunc dierum redacta eſt, et ſpectato numero ſatis magno harum eclipſium, ultra ſemiſeculum per tubos achromaticos obſervatarum, idem phaenomenon ad determinandam aberrationem, et majori quidem cum accuratione, quam per obſervationem directam inſervire poſſe.

Ad ſummi hujus geometrae nutum Cl. *DELAMBRE* ex innumeris hujus ſatellitis deliquiis quantitatem hanc abſolutam aberrationis invenit = 20,"255 *), quae cum valore BRADLEJANO congruit ad unguem, ut tuto in poſterum aberratio haec maxima 20,"255 ſtatui et adhiberi poſſit; quapropter et tabulae noſtrae univerſales, ad calcem hujus operis pag. 501 relatae, pro quantitate hac conſtructae ſunt. Ut prodeat autem, quantum determinatio haec cum obſervationibus autographis Cl. *BRADLEJI* conſentiat, easdem per tabulas has computare et cum obſervationibus, quot exſtant, conferre placuit, prout tabula ſequens in conſpectum dabit. Discrimen leve, quod ſupereſt, absque injuria, et fatente ipſo *BRADLEJO*, in obſervationis aut inſtrumenti vitium conjici poteſt; nam differentiae maximae, nunquam ultra unum minutum ſecundum adſurgentes, et plerumque in contrarias vergentes partes, plane evaneſcunt, ut etiam ſigna medii erroris appoſita demonſtrant.

*) Mécan. céleſte, Tom. IV. Praefat. pag. XI. LA LANDE Aſtronom. Tabul. pag. 238.

Aberratio in declinationem ſtellae γ Draconis

a Cl. BRADLEJO annis 1727 et 1728 obſervata et cum tabulis noſtris comparata.

Tempus obſervationis			Arg. aberrat. ſeu locus ⊙			Aberratio in decl. calculat.	Differ. Aberr. calcul.	Differ. Aberr. Obſerv. a *Bradl.*	Error
1727	October	31	7ˢ	7°	32′	+ 15,″11	4,″42	4,″5	+ 0,″08
	Novbr.	28	8	5	47	+ 7, 41	12, 12	11, 5	— 0, 62
	Decbr.	17	8	25	6	+ 1, 02	18, 51	17, 5	— 1, 01
1728	Januar.	8	9	17	32	— 6, 51	26, 04	25, 0	— 1, 04
	Febr.	4	10	15	0	— 14, 30	33, 83	34, 0	+ 0, 17
	—	21	11	2	10	— 17, 61	37, 14	38, 0	+ 0, 86
	Mart.	18	11	28	8	— 19, 57	39, 10	39, 0	— 0, 10
	April.	4	0	14	54	— 18, 74	38, 27	37, 0	— 1, 27
	—	17	0	27	38	— 17, 02	36, 55	36, 0	— 0, 55
	Maj.	17	1	26	40	— 10, 18	29, 71	28, 5	— 1, 21
	Jun.	16	2	25	23	— 0, 91	20, 44	18, 5	— 1, 94
	—	26	3	4	55	+ 2, 33	17, 20	17, 5	+ 0, 30
	Jul.	14	3	22	5	+ 7, 97	11, 56	11, 5	— 0, 06
	Aug.	13	4	20	49	+ 15, 57	3, 96	4, 0	+ 0, 04
	Septbr.	17	5	24	44	+ 19, 53	0, 00	0, 0	0, 00

Error medius . . . . . — 0,″42

Aberratio in declinationem ſtellae η Urſae majoris

a Cl. BRADLEJO annis 1727 et 1728 obſervata et cum tabulis noſtris comparata.

Tempus obſervationis			Arg. aberrat. ſeu locus ⊙			Aberrat. in decl. calculat.	Differ. Aberr. calcul.	Differ. Aberr. Obſerv. a *Bradl.*	Error
1727	Septbr.	25	6ˢ	1°	49′	+ 10,″55	28,″59	29,″5	+ 0,″91
	Octbr.	5	6	11	40	+ 7, 88	25, 92	24, 5	— 1, 42
	—	27	7	3	32	+ 1, 28	19, 32	19, 5	+ 0, 18
	Novbr.	22	7	29	42	+ 6, 79	11, 25	11, 5	+ 0, 25
	Decbr.	25	9	3	16	— 14, 91	3, 13	4, 0	+ 0, 87
1728	Jan.	28	10	7	54	— 18, 04	0, 00	0, 0	0, 00
	Febr.	28	11	9	11	— 15, 36	2, 68	2, 0	— 0, 68
	April.	1	0	11	58	— 7, 79	10, 25	11, 5	+ 1, 25
	—	27	1	7	21	— 0, 09	17, 95	18, 5	+ 0, 55
	Maj.	17	1	26	40	+ 5, 91	23, 40	24, 5	+ 1, 10
	Jun.	17	2	26	20	+ 13, 55	31, 59	32, 0	+ 0, 41
	Jul.	6	3	14	28	+ 16, 59	34, 63	35, 0	+ 0, 37
	—	28	4	5	28	+ 18, 03	36, 07	36, 0	— 0, 07
	Aug.	13	4	20	49	+ 17, 56	35, 60	35, 0	— 0, 60
	October	1	6	8	28	+ 8, 77	26, 81	26, 5	— 0, 31

Error medius . . . . . + 0,″19

Ad ſupputandos luminis aberrationis effectus in aſcenſionem rectam, et in declinationem, a compluribus aſtronomis variae formulae trigonometricae exploratae et expoſitae ſunt. Inter has nobis illae, a doctiſſimis viris *LAMBERT* et *DELAMBRE* propoſitae, praecipuae et maxime commendandae viſae ſunt. Pro aberratione in aſcenſionem rectam elegantiſſimam dedit expreſſionem Cl. *DELAMBRE*, quam mirandum eſt effugiſſe perſpicacitatem Cl. *LAMBERT*, cum ejusdem ferme indolis formulas, nutationis effectus pertractando, invenerit, quae cum aberrationum formulis maximam habent affinitatem; et cum utrique hi effectus eodem prorſus modo graphice per ellipſin repraeſentari poſſint: per analogiam formulae hae facile inde derivari et conjici potuiſſent.

Formula Cl. *DELAMBRE* pro aberratione in aſcenſionem rectam eſt:

$$(-\text{aberr. max. cof. obl. eclipt. cof. } Æ * \text{ cof. long. } \odot - \\ - \text{aberr. max. ſin } Æ * \text{ ſin long. } \odot) \text{ ſec. decl.} *$$

vel

$$[-\tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. } (1 + \text{cof. obl. eclipt.}) \text{ cof } (Æ * - \odot) + \\ + \tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. } (1 - \text{cof. obl. eclipt.}) \text{ cof } (Æ * + \odot)] \text{ ſec. decl.} *$$

Adeant, qui demonſtrationem hujus formulae inſpicere cupiunt, *Conn. des tems, année 1788* pag. 229; *CAGNOLI Trigonometrie* § 790 ſeq. *DE LA LANDE Aſtronomie* § 2867 ſeq. Nos interea de methodo breviſſima et commodiſſima, formulam hanc in tabulas redigendi, differemus.

Coëfficientes numerici hujus formulae, ab abſoluta et maxima luminis aberratione, et ab ecliptices obliquitate pendent; quae, cum ipſa per longioris temporis intervallum mutetur, coëfficientes quoque aliquantulum mutari neceſſe eſt. Cum ſupra jam quantitas abſoluta et maxima aberrationis 20,″255 ſtabilita ſit, et cum mutatio obliquitatis eclipticae non niſi poſt longiſſimam annorum ſeriem ſenſibilem in his coëfficientibus variationem parere poſſit, poſita obliquitate eclipticae numero rotundo 23° 28′ 0″, quae ſecundum tabulas noſtras ſolis recentiſſimas anno 1792 reſpondet, erit formula noſtra numerica pro aberratione in aſcenſionem rectam:

$$[-19,''41734 \text{ cof } (Æ * - \odot) - 0,''837627 \text{ cof } (Æ * + \odot)] \text{ ſec. decl.} *$$

Aſſumpta vero obliquitate eclipticae 23° 27′ 0″, quae anno 1903 reſpondebit, erit pro hoc tempore:

$$[-19,''41855 \text{ cof } (Æ * - \odot) \; 0,''836454 \text{ cof } (Æ * + \odot)] \text{ ſec. decl.} *,$$

Patet igitur, variationem unius minuti in obliquitate eclipticae per 116 annos non majorem in formula noſtra producere mutationem, quam:

$$[-0,''00121 \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot) + 0,00117 \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot)] \text{ ſec. decl.}\ast$$

Tabula itaque noſtra I pag. 501 primam formulae partem 19,''41734 cof (Æ$\ast$ — $\odot$) exhibet; tabula II ad ſecundam exaequata eſt partem 0,''837627 cof (Æ$\ast$ + $\odot$), ſepoſito factore *ſec. decl.*$\ast$, per quem quantitates, ex binis his tabulis depromtae, multiplicandae veniunt. Sed et haec opella tolli poteſt, adhibendo idem hoc artificium, quo jam pag. 28 hujus operis in ſubſidium calculi variationis ſecularis uſi ſumus. Introducendo nimirum angulum quemdam auxiliarem γ, et ponendo ſec. decl. $=$ 10 cof γ; has vices ſubſtituendo, formula noſtra abit in ſequentem:

$$10\,[-19,''41734 \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot)\operatorname{cof}\gamma + 0,''837627 \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot)\operatorname{cof}\gamma]$$

et reducendo per formulas trigonometricas notiſſimas, producta coſinus, ad ſummam coſinuum obtinebimus:

$$5 \times \left\{\begin{array}{ll} -19,''41734 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot + \gamma) \\ -19,''41734 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot - \gamma) \\ +\ 0,''837627 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot + \gamma) \\ +\ 0,''837627 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot - \gamma) \end{array}\right\}$$

Angulus γ in ſubſidium adductus (ut in loco citato jam indicavimus) neceſſario ſub duplici ſpecie exhiberi debet; nam pro declinationibus majoribus, *ſec. decl.* $>$ *10 rad.* coſinus γ radium ſuperaret, quod impoſſibile eſt: in hoc caſu a 75 declinationis gradu angulum auxiliarem δ poſuimus ita, ut *ſec. decl.* $=$ *100 cof* δ. Quotiescunque igitur angulus hic δ adhibetur, quantitates, ejus beneficio repertae, per 100 multiplicandae ſunt. Adjecta eſt porro, ad calculi commoditatem, cuivis coëfficienti quantitas conſtans 20'', quo artificio quantitates, in tabulas reductae, poſitivae redditae, et ad ſervandum factorem decimalem valde opportunum per 2 diviſae ſunt. Hinc formula noſtra in ſequentem transmutabitur:

$$10 \times \left\{\begin{array}{ll} -9,''70867 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot + \gamma) \\ -9,''70867 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast - \odot - \gamma) \\ +\ 0,''418814 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot + \gamma) \\ +\ 0,''418814 & \operatorname{cof}(\text{Æ}\ast + \odot - \gamma) \end{array}\right\}$$

Ad ejusdem normam tabulae I et II pag. 90 et 91 conſtructae ſunt. Summa igitur omnium quantitatum adjectarum, ut tabulae exhibeant valores poſitivos, eſt $4 \times 20'' = 80''$.

Non poſſumus hoc loco praetermittere calculi beneficium quoddam indicare, quod formula ſupra tradita ſuppeditat, et quod calculatoribus non poteſt interdum non eſſe exoptatum. Cum effectus, quem declinatio fixae in aberrationis quantitatem per formulam noſtram expreſſam infert, prorſus ſublatus ſit, et quantitas haec duntaxat per *ſec. decl.* * multiplicanda veniat: prona ſe offert reductio aberrationis in aſcenſionem rectam unius fixae, ad aberrationem alterius fixae ejusdem aſcenſionis rectae, ſed diverſae declinationis. Nam in hoc caſu ſufficit, declinationum ſecantes invicem dividere, et aberrationis quantitatem unius ſtellae per hunc quotientem multiplicare. Sic e. g. fixae η Ceti et β Andromedae eandem habent aſcenſionem rectam, ſed diverſam declinationem. Sint itaque ex aberrationis tabulis η Ceti, aberrationes in aſcenſionem rectam pro β Andromedae deducendae; quantitates hujus tabulae tantummodo multiplicandae erunt per $1,191 = \frac{\text{ſec } 34^\circ\ 33,'7}{\text{ſec } 11^\circ\ 14,'3} = \frac{\text{coſ } 11^\circ\ 14,'3}{\text{coſ } 34^\circ\ 33,'7}$, ut habeantur quantitates aberrationis in aſcenſionem rectam pro fixa β Andromedae.

Porro: Fixae ejusdem declinationis, ſed denominationis oppoſitae, hoc eſt, una auſtralis, borealis altera, quarum aſcenſiones rectae 180° ſeu VI^s diſſident, eandem habent aberrationem tum in aſcenſionem rectam, tum in declinationem, ſed ſignis algebraicis contrariis, ut e. g. 59 χ Tauri et 20 σ Scorpii.

Pro aberratione luminis in declinationem ex Cl. *DELAMBRE* ſequentem habemus formulam:

aberr. max. ſin obl. ecl. coſ long. $\odot$ coſ decl. * — aberr. max. (coſ AR* ſin long. $\odot$ — — coſ obl. ecl. ſin AR * ſin long. $\odot$) ſin decl. *

et decompoſitis productis ſinuum et coſinuum:

$$\begin{aligned} &- \tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. ſin obl. ecl. coſ } (\odot + \text{decl.} *) - \\ &- \tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. ſin obl. ecl. coſ } (\odot - \text{decl.} *) \\ &+ [\tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. } (1 + \text{coſ obl. ecl.}) \text{ ſin } (\text{AR.} * - \odot) - \\ &- \tfrac{1}{2} \text{ aberr. max. } (1 - \text{coſ obl. ecl.}) \text{ ſin } (\text{AR.} * + \odot)] \text{ ſin decl.} * \end{aligned}$$

Subſtituendo ut ſupra valores numericos, habemus pro effectu aberrationis luminis in declinationem:

$$\begin{aligned} &- 4,''03293 \text{ coſ } (\odot + \text{decl.} *) - 4,''03293 \text{ coſ } (\odot - \text{decl.} *) \\ &[-19,''41734 \text{ coſ } (\text{AR.} * - \odot + \text{III}^s) + 0,''837627 \text{ coſ } (\text{AR.} * + \odot + \text{III}^s) \text{ ſin decl.} * \end{aligned}$$

Primas duas hujus formulae partes exhibet tabula noſtra III, pag. 502 hujus operis; poſteriores autem tabulae I et II pag. 501, ubi etiam praeceptum ad calcem harum tabularum monet, quantitates, ex tabulis his excerptas, per ſinum declinationis multiplicandas eſſe.

Opera haec itidem eodem artificio, quo ſupra, ſublevari poteſt. Eſt enim:

$$\text{ſin}(AR_* - \odot)\,\text{ſin decl.}_* = \tfrac{1}{2}\text{cof}(AR_* - \odot - \text{decl.}_*) - \tfrac{1}{2}\text{cof}(AR_* - \odot + \text{decl.}_*)$$

et

$$\text{ſin}(AR_* + \odot)\,\text{ſin decl.}_* = \tfrac{1}{2}\text{cof}(AR_* + \odot - \text{decl.}_*) - \tfrac{1}{2}\text{cof}(AR_* + \odot + \text{decl.}_*)$$

adeoque aberratio in declinationem:

$$-4,''03293\,\text{cof}(\odot + \text{decl.}_*) - 4,''03293\,\text{cof}(\odot - \text{decl.}_*)$$
$$+9,''70867\,\text{cof}(AR_* - \odot - \text{decl.}_*) - 9,''70867\,\text{cof}(AR_* - \odot + \text{decl.}_*)$$
$$-0,''418814\,\text{cof}(AR_* + \odot - \text{decl.}_*) + 0,''418814\,\text{cof}(AR_* + \odot + \text{decl.}_*)$$

Conſtat igitur omnis formula ex partibus ſex, quarum quatuor poſtremas ex tabulis, pro aberratione in aſcenſionem rectam jam ſupputatis, ſumere licet, ſi memineris, in tabularum harum uſu bis ſigna algebraica contraria adhibenda, vel quod eodem redit, imo vero prorſus neceſſarium eſt, tabularum harum argumentis 180° ſeu VI addenda eſſe ſigna, quoniam tabulae hae ita conſtructae ſunt, ut ſemper quantitates exhibeant poſitivas. Hinc formula noſtra, in hunc finem digeſta, ita ſe habebit:

$$-9,''70867\,\text{cof}(AR_* - \odot - \text{decl.}_* + \text{VI}^s) - 9,''70867\,\text{cof}(AR_* - \odot + \text{decl.}_*)$$
$$+0,''418814\,\text{cof}(AR_* + \odot - \text{decl.}_* + \text{VI}^s) + 0,''418814\,\text{cof}(AR_* + \odot + \text{decl.}_*)$$
$$-4,''03293\,\text{cof}(\odot + \text{decl.}_*) - 4,''03293\,\text{cof}(\odot - \text{decl.}_*)$$

Primas duas hujus formulae partes exhibet tabula I, pag. 90, tertiam et quartam partem tabula II, pag. 91, quintam et ſextam tabula III, pag. 92, Ad quantitates tabularum I et II, pag. 90 et 91, adjectae ſunt, ut ſupra jam commemoravimus, quantitates conſtantes 20″, in tabula vero III, pag. 92, tantummodo 10″. Summa itaque omnium ſex quantitatum adjectarum eſt $(4.20'') + (2.10'') = 100''$, ſumma quantitatum, ex tabulis his deſumtarum, ſemper ſigno negativo adhibenda.

Reſtat perpendendum, qualem ſubitura ſit formula noſtra mutationem, ſi declinatio fixae auſtralis eſt. Videtur primo obtutu pro explorato accipi poſſe, in hoc caſu ſinum declinationis negativum evadere, coſinum vero poſitivum. Nam $\text{cof} - \text{decl.} = \text{cof} + \text{decl.}$ Sed hoc neutiquam, imo vero contrarium habere locum, illico perſpicies, ſi memineris, formulam allatam nihil aliud eſſe, quam formulam differentialem trigonometriae ſphaericae, et primitus variationem lateris trianguli ſphaerici, nimirum *diſtantiae polaris*, non illam *declinationis* exhibuiſſe. Si formula noſtra pro diſtantia fixarum

a polo compoſita eſſet, recte et probe regula de ſignorum algebraicorum mutatione pro lineis trigonometricis proſequenda fuiſſet. Sed reminiſcendum eſt, formulam noſtram ad ſiderum declinationem accommodatam, adeoque effectus aberrationis pro fixis, declinationes auſtrales habentibus, prorſus eſſe oppoſitos. Pone v. g., aberrationis effectus divertere ſidus ad boreum; declinatio borealis perinde augetur, minuetur vero declinatio auſtralis. Signa itaque algebraica aberrationis totalis vertenda ſunt in contraria. Patet porro, coëfficientes formulae noſtrae, qui per *ſin. declin.* multiplicandi ſunt, duplicem ſignorum horum mutationem ſubire; quapropter appoſitius viſum eſt, ſigna haec pro declinatione auſtrali ſervare, in quo caſu quantitates tabulae III, pag. 92, quae per *coſin. declin.* multiplicantur, unicam tantum patiuntur ſignorum mutationem, vertendo nimirum ſigna algebraica $\pm$ in $\mp$ vel quod eodem redit, addendo argumento ejusdem tabulae 180° vel VI^s, prout praeceptum tabulae huic praefixum monet.

Aberratio in longitudinem eſt:

— aberr. max. coſ. elong. * ſec. latit. * †)

Notiſſimum eſt, elongationem fixae eſſe $=$ long. $\odot$ — long. *. Confugiamus hic iterum ad angulum auxiliarem γ et δ, et ponamus, ut modo fecimus, 10 coſ latit. $=$ ſec γ vel 10 coſ decl $=$ ſec γ. Poterit eadem haec tabula, pag. 88 et 89 inſerta, ad inveniendum hunc angulum ſubſidiarium prodeſſe, dummodo pro argumento, declinationis loco, latitudinem adhibueris. Suppoſitis his, aberratio in longitudinem erit:

10 × (—aberr. max. coſ elong. * coſ γ $=$ 10 × [$-\frac{1}{2}$ aberr. max. coſ (elong. * $+\gamma$) — — $\frac{1}{2}$ aberr. max. coſ (elong. * $-\gamma$)], id eſt:

10 × [— 10,"1275 coſ (elong. * $+\gamma$) — 10,"1275 coſ (elong. * $-\gamma$)]

Ad hujus formulae rationem conſtructa eſt Tabula IV, pag. 93.

Tandem eaedem hae tabulae aberrationem in latitudinem facile ſubminiſtrare poſſunt. Eſt enim aberrationis in latitudinem effectus:

— aberr. max. ſin elong. * ſin latit. * $=$ — 10,"1275 coſ (elong. * — latit. *) + + 10,"1275 (elong. * + latit. *)

Addantur ad argumentum (elong. * + latit. *) VI ſigna, ſeu 180°, ut ſignum algebraicum fiat negativum; erit aberratio in latitudinem:

— 10,"1275 coſ (elong. * — latitud. *) — 10,"1275 coſ (elong. * + latit. * + VI^s)

Latitudo, ſive ſit borealis, ſive ſit auſtralis, in ſignum aberrationis nullam infert mutationem, quoniam in caſu poſteriori duplex ſignorum mutatio locum habet. Nam cum ſin. latit. auſtr. negative ſumendus ſit, omnis etiam quantitas ſigno contrario ſumenda eſt.

Nunc hisce praeſtructis tabulas noſtras hic praemittemus, illarum uſum per praecepta trademus, et ne quid in ambiguo haereat, paradigmatis et calculorum typis illuſtrabimus.

†) Cagnoli Traité de Trigonometrie, § 786; de la Lande Aſtronomie, § 2846.

Angulus γ

in ſubſidium calculi aberrationis luminis in aſcenſionem rectam et in declinationem vel in longitudinem et in latitudinem.

10 Coſin. declinationis = ſecant. γ
vel 10 Coſin. latitudinis = ſecant. γ

Arg. decl. vel latitud.	Angulus γ + II^s	Diff.	Arg. decl. vel latitud.	Angulus γ + II^s	Diff.	Arg. decl. vel latitud.	Angulus γ + II^s	Diff.
°	° ′	′	°	° ′	′	° ′	° ′	′
0	24 15, 7	0, 1	30	23 22, 1	4, 1	60 0	18 27, 8	10, 8
1	24 15, 6	0, 2	31	23 18, 0	4, 3	60 30	18 17, 0	11, 2
2	24 15, 4	0, 2	32	23 13, 7	4, 6	61 0	18 5, 8	11, 6
3	24 15, 2	0, 4	33	23 9, 1	4, 8	61 30	17 54, 2	12, 1
4	24 14, 8	0, 5	34	23 4, 3	5, 0	62 0	17 42, 1	12, 6
5	24 14, 3	0, 5	35	22 59, 3	5, 3	62 30	17 29, 5	13, 0
6	24 13, 8	0, 7	36	22 54, 0	5, 6	63 0	17 16, 5	13, 6
7	24 13, 1	0, 8	37	22 48, 4	5, 9	63 30	17 2, 9	14, 1
8	24 12, 3	1, 0	38	22 42, 5	6, 1	64 0	16 48, 8	14, 7
9	24 11, 3	1, 0	39	22 36, 4	6, 4	64 30	16 34, 1	15, 3
10	24 10, 3	1, 1	40	22 30, 0	6, 9	65 0	16 18, 8	16, 0
11	24 9, 2	1, 2	41	22 23, 1	7, 1	65 30	16 2, 8	16, 8
12	24 8, 0	1, 4	42	22 16, 0	7, 5	66 0	15 46, 0	17, 5
13	24 6, 6	1, 5	43	22 8, 5	8, 0	66 30	15 28, 5	18, 2
14	24 5, 1	1, 6	44	22 0, 5	8, 3	67 0	15 10, 3	19, 1
15	24 3, 5	1, 8	45	21 52, 2	8, 8	67 30	14 51, 2	20, 2
16	24 1, 7	1, 9	46	21 43, 4	9, 3	68 0	14 31, 0	21, 1
17	23 59, 8	2, 0	47	21 34, 1	9, 8	68 30	14 9, 9	22, 1
18	23 57, 8	2, 1	48	21 24, 3	10, 3	69 0	13 47, 8	23, 3
19	23 55, 7	2, 2	49	21 14, 0	11, 0	69 30	13 24, 5	24, 5
20	23 53, 5	2, 4	50	21 3, 0	11, 6	70 0	13 0, 0	25, 9
21	23 51, 1	2, 6	51	20 51, 4	12, 3	70 30	12 34, 1	27, 4
22	23 48, 5	2, 7	52	20 39, 1	13, 0	71 0	12 6, 7	29, 0
23	23 45, 8	2, 8	53	20 26, 1	13, 8	71 30	11 37, 7	30, 6
24	23 43, 0	3, 1	54	20 12, 3	14, 7	72 0	11 7, 1	32, 5
25	23 39, 9	3, 2	55	19 57, 6	15, 7	72 30	10 34, 6	34, 6
26	23 36, 7	3, 4	56	19 41, 9	16, 7	73 0	10 0, 0	36, 9
27	23 33, 3	3, 5	57	19 25, 2	17, 9	73 30	9 23, 1	39, 4
28	23 29, 8	3, 7	58	19 7, 3	19, 0	74 0	9 43, 7	42, 2
29	23 26, 1	4, 0	59	18 48, 3	20, 5	74 30	8 1, 5	45, 3
30	23 22, 1		60	18 27, 8		75 0	7 16, 2	

Angulus δ

in ſubſidium calculi aberrationis luminis in aſcenſionem rectam et in declinationem, vel in longitudinem et in latitudinem.

100 Coſin. declinationis = ſecant. δ
vel 100 Coſin. latitudinis = ſecant. δ

Arg. decl. vel latitud.	Angulus δ + II^{s}	Diff.	Arg. decl. vel latitud.	Angulus δ + II^{s}	Diff.	Arg. decl. vel latitud.	Angulus δ + I^{s}	Diff.
° ′	° ′	′	° ′	° ′	′	° ′	° ′	′
75 0	27 47, 1	4, 4	86 10	21 23, 9	23, 7	88 55	28 4, 0	181, 5
75 30	27 42, 7	4, 8	86 20	21 0, 2	25, 9	89 0	25 2, 5	41, 0
76 0	27 37, 9	5, 2	86 30	20 34, 3	13, 9	89 1	24 21, 5	42, 6
76 30	27 32, 7	5, 6	86 35	20 20, 4	14, 6	89 2	23 38, 9	44, 6
77 0	27 27, 1	6, 0	86 40	20 5, 8	15, 4	89 3	22 54, 3	46, 7
77 30	27 21, 1	6, 5	86 45	19 50, 4	16, 2	89 4	22 7, 6	48, 8
78 0	27 14, 6	7, 1	86 50	19 34, 2	17, 0	89 5	21 18, 8	51, 3
78 30	27 7, 5	7, 8	86 55	19 17, 2	18, 1	89 6	20 27, 5	54, 0
79 0	26 59, 7	8, 4	87 0	18 59, 1	19, 1	89 7	19 33, 5	56, 7
79 30	26 51, 3	9, 4	87 5	18 40, 0	20, 2	89 8	18 36, 8	59, 8
80 0	26 41, 9	10, 3	87 10	18 19, 8	21, 6	89 9	17 37, 0	63, 3
80 30	26 31, 6	11, 5	87 15	17 58, 2	22, 9	89 10	16 33, 8	67, 1
81 0	26 20, 1	12, 9	87 20	17 35, 3	24, 4	89 11	15 26, 6	71, 2
81 30	26 7, 2	14, 4	87 25	17 10, 9	26, 1	89 12	14 15, 4	76, 1
82 0	25 52, 8	16, 4	87 30	16 44, 8	27, 9	89 13	12 59, 5	81, 2
82 30	25 36, 4	18, 8	87 35	16 16, 9	30, 0	89 14	11 38, 3	87, 2
83 0	25 17, 6	21, 7	87 40	15 46, 9	32, 3	89 15	10 11, 1	94, 0
83 30	24 55, 9	25, 3	87 45	15 14, 6	34, 8	89 16	8 37, 1	102, 0
84 0	24 30, 6	9, 4	87 50	14 39, 8	37, 8	89 17	6 55, 1	111, 4
84 10	24 21, 2	10, 0	87 55	14 2, 0	41, 1	89 18	5 3, 7	122, 6
84 20	24 11, 2	10, 5	88 0	13 20, 9	44, 7	89 19	3 1, 1	136, 4
84 30	24 0, 7	11, 3	88 5	12 36, 2	49, 1	89 20	0 44, 7	154, 1
84 40	23 49, 4	11, 9	88 10	11 47, 1	54, 0	89 21	28 10, 6	177, 5
84 50	23 37, 5	12, 8	88 15	10 53, 1	59, 7	89 22	25 13, 1	211, 2
85 0	23 24, 7	13, 7	88 20	9 53, 4	66, 5	89 23	21 41, 9	266, 1
85 10	23 11, 0	14, 6	88 25	8 46, 9	74, 4	89 24	17 15, 8	386, 8
85 20	22 56, 4	15, 8	88 30	7 32, 5	84, 0	89 25	10 49, 0	649, 0
85 30	22 40, 6	17, 0	88 35	6 8, 5	95, 6	89 26	0 0, 0	
85 40	22 23, 6	18, 3	88 40	4 32, 9	109, 9			
85 50	22 5, 3	19, 8	88 45	2 43, 0	128, 0			
86 0	21 45, 5		88 50	0 35, 0				

ABERRATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA I.

Argumenta pro Aberratione in Aſcenſionem rectam:

$\left(\text{Æ.}* - \text{long.}\odot \begin{matrix}+\gamma\\+\delta\end{matrix}\right)$ et $\left(\text{Æ.}* - \text{long.}\odot \begin{matrix}-\gamma\\-\delta\end{matrix}\right)$

Argumenta pro Aberratione in Declinationem:

(Æ.$*$—long. $\odot$ + decl.$*$) et (Æ.$*$ — long. $\odot$ — decl.$*$ + VI ſign.)

Grad.	0ˢ	1ˢ	2ˢ	3ˢ	4ˢ	5ˢ	
0	10,″291	11,″592	15,″146	20,″000	24,″854	28,″408	30
1	10, 293	11, 678	15, 293	20, 170	25, 000	28, 492	29
2	10, 297	11, 766	15, 442	20, 339	25, 145	28, 573	28
3	10, 305	11, 857	15, 592	20, 508	25, 288	28, 651	27
4	10, 315	11, 951	15, 744	20, 677	25, 429	28, 726	26
5	10, 328	12, 047	15, 897	20, 846	25, 569	28, 799	25
6	10, 344	12, 145	16, 051	21, 015	25, 707	28, 870	24
7	10, 363	12, 246	16, 206	21, 183	25, 843	28, 937	23
8	10, 386	12, 349	16, 363	21, 351	25, 978	29, 002	22
9	10, 411	12, 455	16, 520	21, 519	26, 110	29, 064	21
10	10, 439	12, 562	16, 679	21, 686	26, 241	29, 124	20
11	10, 470	12, 672	16, 839	21, 853	26, 370	29, 180	19
12	10, 503	12, 785	17, 000	22, 019	26, 497	29, 234	18
13	10, 540	12, 899	17, 161	22, 184	26, 622	29, 285	17
14	10, 579	13, 016	17, 324	22, 349	26, 745	29, 333	16
15	10, 622	13, 135	17, 487	22, 513	26, 865	29, 378	15
16	10, 667	13, 255	17, 651	22, 676	26, 984	29, 421	14
17	10, 715	13, 378	17, 816	22, 839	27, 101	29, 460	13
18	10, 766	13, 503	17, 981	23, 000	27, 215	29, 497	12
19	10, 820	13, 630	18, 147	23, 161	27, 328	29, 530	11
20	10, 876	13, 759	18, 314	23, 321	27, 438	29, 561	10
21	10, 936	13, 890	18, 481	23, 480	27, 545	29, 589	9
22	10, 998	14, 022	18, 649	23, 637	27, 651	29, 614	8
23	11, 063	14, 157	18, 817	23, 794	27, 754	29, 637	7
24	11, 130	14, 293	18, 985	23, 949	27, 855	29, 656	6
25	11, 201	14, 431	19, 154	24, 103	27, 953	29, 672	5
26	11, 274	14, 571	19, 323	24, 256	28, 049	29, 685	4
27	11, 349	14, 712	19, 492	24, 408	28, 143	29, 695	3
28	11, 427	14, 855	19, 661	24, 558	28, 234	29, 703	2
29	11, 508	15, 000	19, 830	24, 707	28, 322	29, 707	1
30	11, 592	15, 146	20, 000	24, 854	28, 408	29, 709	0
	11ˢ	10ˢ	9ˢ	8ˢ	7ˢ	6ˢ	Grad.

ABERRATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA II.

Argumenta pro Aberratione in Aſcenſionem rectam:

$\left(\text{Æ}.* + \text{long.} \odot \begin{smallmatrix} + \gamma \\ + \delta \end{smallmatrix}\right)$ et $\left(\text{Æ}.* + \text{long.} \odot \begin{smallmatrix} - \gamma \\ - \delta \end{smallmatrix}\right)$

Argumenta pro Aberratione in Declinationem:

(Æ. + * long. ⊙ + decl. *) et (Æ. * + long. ⊙ − decl. * + VI ſign.)

Grad.	0s	1s	2s	3s	4s	5s	
0	20,"419	20,"363	20,"210	20,"000	19,"790	19,"637	30
1	20, 419	20, 359	20, 203	19, 992	19, 784	19, 633	29
2	20, 419	20, 355	20, 197	19, 985	19, 778	19, 630	28
3	20, 418	20, 351	20, 190	19, 978	19, 772	19, 627	27
4	20, 418	20, 347	20, 184	19, 971	19, 766	19, 623	26
5	20, 417	20, 343	20, 177	19, 963	19, 760	19, 620	25
6	20, 417	20, 339	20, 171	19, 956	19, 754	19, 617	24
7	20, 416	20, 335	20, 164	19, 949	19, 748	19, 614	23
8	20, 415	20, 330	20, 157	19, 941	19, 742	19, 611	22
9	20, 414	20, 326	20, 150	19, 934	19, 736	19, 609	21
10	20, 413	20, 321	20, 143	19, 927	19, 731	19, 606	20
11	20, 411	20, 316	20, 137	19, 920	19, 725	19, 604	19
12	20, 410	20, 311	20, 130	19, 913	19, 720	19, 602	18
13	20, 408	20, 307	20, 122	19, 906	19, 714	19, 599	17
14	20, 407	20, 302	20, 116	19, 898	19, 709	19, 597	16
15	20, 405	20, 296	20, 109	19, 891	19, 704	19, 595	15
16	20, 403	20, 291	20, 102	19, 884	19, 698	19, 593	14
17	20, 401	20, 286	20, 094	19, 877	19, 693	19, 592	13
18	20, 398	20, 280	20, 087	19, 870	19, 689	19, 590	12
19	20, 396	20, 275	20, 080	19, 863	19, 684	19, 589	11
20	20, 394	20, 269	20, 073	19, 857	19, 679	19, 587	10
21	20, 391	20, 264	20, 066	19, 850	19, 674	19, 586	9
22	20, 389	20, 258	20, 059	19, 843	19, 670	19, 585	8
23	20, 386	20, 252	20, 051	19, 836	19, 665	19, 584	7
24	20, 383	20, 246	20, 044	19, 829	19, 661	19, 583	6
25	20, 380	20, 240	20, 037	19, 823	19, 657	19, 583	5
26	20, 377	20, 234	20, 029	19, 816	19, 653	19, 582	4
27	20, 373	20, 228	20, 022	19, 810	19, 649	19, 582	3
28	20, 370	20, 222	20, 015	19, 803	19, 645	19, 581	2
29	20, 367	20, 216	20, 008	19, 797	19, 641	19, 581	1
30	20, 363	20, 210	20, 000	19, 790	19, 637	19, 581	0
	11s	10s	9s	8s	7s	6s	Grad.

ABERRATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA III.

Argumenta pro Aberratione in Declinationem:

(long. ⊙ + decl. ✱) et (long. ⊙ — decl. ✱)

Si Declinatio auſtralis, his argumentis VI ſigna adde.

Grad.	0ˢ	1ˢ	2ˢ	3ˢ	4ˢ	5ˢ	
0	5,"967	6,"507	7,"983	10,"000	12,"017	13,"493	30
1	5, 968	6, 543	8, 045	10, 070	12, 077	13, 527	29
2	5, 970	6, 580	8, 107	10, 141	12, 137	13, 561	28
3	5, 973	6, 618	8, 169	10, 211	12, 196	13, 593	27
4	5, 977	6, 657	8, 232	10, 281	12, 255	13, 625	26
5	5, 982	6, 696	8, 296	10, 351	12, 313	13, 656	25
6	5, 990	6, 737	8, 360	10, 421	12, 370	13, 684	24
7	5, 997	6, 779	8, 424	10, 491	12, 427	13, 712	23
8	6, 006	6, 822	8, 489	10, 561	12, 483	13, 739	22
9	6, 017	6, 865	8, 555	10, 631	12, 538	13, 766	21
10	6, 028	6, 910	8, 621	10, 700	12, 592	13, 790	20
11	6, 041	6, 956	8, 687	10, 769	12, 646	13, 813	19
12	6, 055	7, 003	8, 754	10, 838	12, 699	13, 836	18
13	6, 070	7, 050	8, 821	10, 907	12, 751	13, 857	17
14	6, 087	7, 099	8, 888	10, 976	12, 802	13, 877	16
15	6, 104	7, 148	8, 956	11, 044	12, 852	13, 896	15
16	6, 123	7, 198	9, 024	11, 112	12, 901	13, 913	14
17	6, 143	7, 249	9, 093	11, 179	12, 950	13, 930	13
18	6, 164	7, 301	9, 162	11, 246	12, 997	13, 945	12
19	6, 187	7, 354	9, 231	11, 313	13, 044	13, 959	11
20	6, 210	7, 408	9, 300	11, 379	13, 090	13, 972	10
21	6, 234	7, 462	9, 369	11, 445	13, 134	13, 983	9
22	6, 261	7, 517	9, 439	11, 511	13, 178	13, 994	8
23	6, 288	7, 573	9, 509	11, 576	13, 221	14, 003	7
24	6, 316	7, 630	9, 579	11, 640	13, 263	14, 010	6
25	6, 344	7, 687	9, 649	11, 704	13, 304	14, 018	5
26	6, 375	7, 745	9, 719	11, 768	13, 343	14, 023	4
27	6, 407	7, 804	9, 789	11, 831	13, 382	14, 027	3
28	6, 439	7, 863	9, 859	11, 893	13, 420	14, 030	2
29	6, 473	7, 923	9, 930	11, 955	13, 457	14, 032	1
30	6, 507	7, 983	10, 000	12, 017	13, 493	14, 033	0
	11ˢ	10ˢ	9ˢ	8ˢ	7ˢ	6ˢ	Grad.

ABERRATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA IV.

Argumenta pro Aberratione in Longitudinem:

(long. ☉ — long. ✱ $\begin{matrix}+\gamma\\+\aleph\end{matrix}$) et (long. ☉ — long. ✱ $\begin{matrix}-\gamma\\-\aleph\end{matrix}$)

Argumenta pro Aberratione in Latitudinem:

(long. ☉ — long. ✱ + latit. ✱ + VI sign.) et (long. ☉ — long. ✱ — lat. ✱)

Grad.	0ˢ 6ˢ — +	Diff.	1ˢ 7ˢ — +	Diff.	2ˢ 8ˢ — +	Diff.	
0	10,"128	0,"002	8,"771	0,"089	5,"064	0,"153	30
1	10, 126	0, 004	8, 682	0, 092	4, 911	0, 155	29
2	10, 122	0, 007	8, 590	0, 095	4, 756	0, 157	28
3	10, 115	0, 011	8, 495	0, 098	4, 599	0, 159	27
4	10, 104	0, 015	8, 397	0, 101	4, 440	0, 160	26
5	10, 089	0, 018	8, 296	0, 103	4, 280	0, 161	25
6	10, 071	0, 021	8, 193	0, 105	4, 119	0, 162	24
7	10, 050	0, 023	8, 088	0, 107	3, 957	0, 163	23
8	10, 027	0, 025	7, 981	0, 110	3, 794	0, 165	22
9	10, 002	0, 028	7, 871	0, 113	3, 629	0, 166	21
10	9, 974	0, 032	7, 758	0, 115	3, 463	0, 167	20
11	9, 942	0, 035	7, 643	0, 117	3, 296	0, 168	19
12	9, 907	0, 038	7, 526	0, 119	3, 128	0, 168	18
13	9, 869	0, 042	7, 407	0, 122	2, 960	0, 169	17
14	9, 827	0, 045	7, 285	0, 124	2, 791	0, 170	16
15	9, 782	0, 047	7, 161	0, 126	2, 621	0, 170	15
16	9, 735	0, 051	7, 035	0, 128	2, 451	0, 171	14
17	9, 684	0, 053	6, 907	0, 130	2, 280	0, 173	13
18	9, 631	0, 056	6, 777	0, 132	2, 107	0, 174	12
19	9, 575	0, 058	6, 645	0, 134	1, 933	0, 174	11
20	9, 517	0, 061	6, 511	0, 136	1, 759	0, 174	10
21	9, 456	0, 065	6, 375	0, 138	1, 585	0, 175	9
22	9, 391	0, 068	6, 237	0, 140	1, 410	0, 175	8
23	9, 323	0, 071	6, 097	0, 143	1, 235	0, 176	7
24	9, 252	0, 073	5, 954	0, 145	1, 059	0, 176	6
25	9, 179	0, 076	5, 809	0, 147	0, 883	0, 177	5
26	9, 103	0, 079	5, 662	0, 148	0, 706	0, 176	4
27	9, 024	0, 082	5, 514	0, 149	0, 530	0, 176	3
28	8, 942	0, 084	5, 365	0, 150	0, 354	0, 177	2
29	8, 858	0, 087	5, 215	0, 151	0, 177	0, 177	1
30	8, 771		5, 064		0, 000		0
	— + 11ˢ 5ˢ	Diff.	— + 10ˢ 4ˢ	Diff.	— + 9ˢ 3ˢ	Diff.	Grad.

Problema I.

Data temporis epocha, ſeu data longitudine ſolis, aſcenſione recta et declinatione fixae, invenire effectum aberrationis luminis in aſcenſionem rectam, per tabulas I et II, pag. 90 et 91.

1) Cum declinatione fixae data, ſive boreali, ſive auſtrali, quaere ſine diſcrimine in tabula pag. 88 vel 89 angulum γ vel δ.

2) Ad aſcenſionem rectam fixae datam adde, et ab illa etiam ſubtrahe angulum hunc inventum γ vel δ.

3) Ab hac ſumma et ab hac differentia ſubtrahe longitudinem ſolis pro temporis momento dato. Quae remanent, argumenta duo ſunt, ad uſum tabulae I, pag. 90.

4) Ad eandem ſummam et ad eandem differentiam adde longitudinem ſolis. Aggregata erunt argumenta duo utendo tabula II, pag. 91.

5) Cum argumentis his binis primis quaere in tabula I bis, et cum argumentis duobus poſtremis in tabula II etiam bis, numeros competentes. Conjice quatuor has quantitates in unam ſummam, a qua ſubtrahe 80"; ſi autem minor eſt 80", eandem ab 80" detrahe, et reſiduo praefige ſignum algebraicum negativum.

6) Reſiduum multiplica per 10, ſi angulum ſubſidiarium γ adhibueris; per 100 vero, ſi angulo δ uſus fueris. Habebis quantitatem aberrationis in aſcenſionem rectam pro natura ſigni algebraici aſcenſioni rectae *mediae*, ex fixarum catalogo deſumtae, applicandam, ut habeatur aſcenſio recta *apparens*, ſeu *viſa* fixae, hoc eſt, per aberrationis luminis effectum opticum a vero loco dimota.

Exemplum I.

Sit effectus aberrationis luminis in aſcenſionem rectam α Coronae borealis die 2 Auguſti 1800 inveniendus. Invenimus pro dato tempore aſcenſionem rectam hujus fixae $7^s\ 21^\circ\ 33',7$, ejusdem declinationem borealem $27^\circ\ 23,'7$, longitudinem ſolis $4^s\ 10^\circ$ et angulum ſubſidiarium γ, $2^s\ 23^\circ\ 31,'9$.

Erit porro:

AR. $\aleph$ = 7^s 21° 33,'7
Ang. ſubſ. $\gamma\pm$] = 2 23 31, 9

10 15 5, 6 / 4 28 1, 8 } − Long. ⊙ { Arg. 1 = 6^s 5° 5,'6 / Arg. 2 = 0 18 1, 8 } Tab. I.

10 15 5, 6 / 4 28 1, 8 } + Long. ⊙ { Arg. 3 = 2 25 5, 6 / Arg. 4 = 9 8 1, 8 } Tab. II.

Arg. 1 = 29,"670
Arg. 2 = 10, 768
Arg. 3 = 20, 036
Arg. 4 = 20, 059
Summa = 80, 533
80, 000

\+ 0,"533 × 10 = + 5,"33 = Aberr. in AR. α Coron. bor.

Exemplum II.

Quaeratur aberratio luminis in aſcenſionem rectam ſtellae polaris die 23 Julii 1800. Eſt aſcenſio recta pro dato tempore 0^s 13° 7,'0, ejusdem declinatio borealis 88° 14,'6, longitudo ſolis 4^s 0°, et angulus ſubſidiarius δ, 2^s 10° 58',2.

AR. $\aleph$ = 0^s 13° 7,'0
Ang. ſubſ. $\delta\pm$] = 2 10 58, 2

2 24 5, 2 / 10 2 8, 8 } − Long. ⊙ { Arg. 1 = 10^s 24° 5,'2 / Arg. 2 = 6 2 8, 8 } Tab. I.

2 24 5, 2 / 10 2 8, 8 } + Long. ⊙ { Arg. 3 = 6 24 5, 2 / Arg. 4 = 2 2 8, 8 } Tab. II.

Arg. 1 = 12,"136
Arg. 2 = 29, 702
Arg. 3 = 19, 617
Arg. 4 = 20, 196
Summa = 81, 651
80, 000

\+ 1,"651 × 100 = + 165,"1 = Aber. in AR. Stellae pol.

Exemplum III.

Sit quantitas aberrationis in aſcenſionem rectam α Lyrae die 28 Julii 1800 computanda. Invenimus ex catalogo noſtro aſcenſionem rectam ad hoc tempus 9^s 7° 32,'8, declinationem borealem 38° 36,'4, longitudinem ſolis 4^s 5°, et angulum ſubſidiarium γ, 2^s 22° 38,'8.

AR. $\aleph$ = 9^s 7° 32,'8
Ang. ſubſ. $\gamma\pm$] = 2 22 38, 8

0 0 11, 6 / 6 14 54, 0 } − Long. ⊙ { Arg. 1 = 7^s 25° 11,'6 / Arg. 2 = 2 9 54, 0 } Tab. I.

0 0 11, 6 / 6 14 54, 0 } + Long. ⊙ { Arg. 3 = 4 5 11, 6 / Arg. 4 = 10 19 54, 0 } Tab. II.

Arg. 1 = 25,"542
Arg. 2 = 16, 662
Arg. 3 = 19, 759
Arg. 4 = 20 321
Summa = 82, 284
80, 000

\+ 2, 284 × 10 = + 22,"84 = Aberrat. in AR. α Lyrae.

Exemplum IV.

Quaeratur effectus aberrationis luminis in aſcenſionem rectam α Piſcis auſtrini die 6 Maji 1800. Aſcenſio recta hujus ſtellae eſt 11ˢ 11° 38,'7, ejusdem declinatio auſtralis 30° 40,'5, longitudo ſolis 1ˢ 15°, et angulus ſubſidiarius γ, 2ˢ 23° 19,'3.

AR.* = 11ˢ 11° 38,'7
Ang. ſubſ. γ ±] = 2 23 19, 3

2 4 58, 0' — Long. ⊙ { Arg. 1 = 0ˢ 19° 58,'0' Tab. I.
8 18 19, 4ſ { Arg. 2 = 7 3 19, 4,

2 4 58, 0' + Long. ⊙ { Arg. 3 = 3 19 58, 0' Tab. II.
8 18 19, 4ſ { Arg. 4 = 10 3 19, 4ſ

Arg. 1 = 10,"874
Arg. 2 = 28, 113
Arg. 3 = 19, 857
Arg. 4 = 20, 230
Summa = 79, 074
80, 000
— 0, 926 × 10 = — 9,"26 = Aber. in AR. α Piſc. auſtr.

Problema II.

Data longitudine ſolis, aſcenſione recta et declinatione fixae, invenire luminis aberrationis effectum in declinationem per tabulas I, II et III pag. 90, 91 et 92.

1) Ad datam aſcenſionem rectam fixae adde ejusdem declinationem.

2) Ab aſcenſione recta data ſubtrahe eandem declinationem, reſiduo adde vel ſubtrahe 180° ſeu VIˢ.

3) A duabus his quantitatibus ſubtrahe longitudinem ſolis, et habebis argumenta duo pro tabula I.

4) Ad easdem adde locum ſolis, et habebis argumenta duo pro tabula II.

5) Adde et ſubtrahe declinationem fixae a longitudine ſolis, et habebis pro tabula III argumenta duo, quibus, ſi declinatio auſtralis eſt, VI ſigna addenda ſunt.

6) Quaere cum ſex his argumentis, in tribus tabulis bis, numeros ſex reſpondentes; a quorum ſumma deme 100°; vel ſi illa minor eſt, ſubtrahe hanc ſummam a 100°. Reſiduum erit quantitas quaeſita aberrationis in declinationem, poſitiva in caſu priori, negativa in poſteriori.

Exem-

Exemplum I.

Sit effectus aberrationis luminis in declinationem ſtellae polaris eodem tempore, ut ſupra, et eisdem elementis, inveniendus.

AR. * =		0ˢ	13°	7,'0	. . . . .	0ˢ	13°	7,'0
decl. * =	+	2	28	14, 6	. . . .	— 2	28	14, 6
		3	11	21, 6		9	14	52, 4
						+ 6		
						3	14	52, 4
long. ☉ =	∓]4	0			. . . . .	∓]4	0	
Arg. 1 =		11ˢ	11°	21,'6		Arg. 2 = 11ˢ	14°	52,'4 Tab. I.
Arg. 3 =		7	11	21, 6		Arg. 4 = 7	14	52, 4 Tab. II.
long. ☉ =		4ˢ	0°	0,'0	. . . . .	4ˢ	0°	0,'0
decl. * =	+	2	28	14, 6	. . . .	— 2	28	14, 4
Arg. 5 =		6ˢ	28°	14,'6		Arg. 6 = 1ˢ	1°	45,'4 Tab. III.

Arg. 1	=	10,"800
Arg. 2	=	10, 627
Arg. 3	=	19, 686
Arg. 4	=	19, 705
Arg. 5	=	13, 553
Arg. 6	=	6, 571
Summa	=	80, 942
		100, 000
	—	19, 058 = Aberrat. in declin. ſtellae polaris.

Exemplum II.

Quaeratur aberratio luminis in declinationem α Lyrae, eodem tempore, ut ſupra.

AR. * =		9ˢ	7°	32,'8	. . . . .	9ˢ	7°	32,'8
decl. * =	+	1	8	36, 4	. . . .	— 1	8	56, 4
		10	16	9, 2		7	28	56, 4
						+ 6		
						1	28	56, 4
long. ☉ =	∓]4	5			. . . .	∓]4	5	
Arg. 1 =		6ˢ	11°	9,'2		Arg. 2 = 9ˢ	23°	56,'4 Tab. I.
Arg. 3 =		2	21	9,, 2		Arg. 4 = 6	3	56, 4 Tab. II.
long. ☉ =		4ˢ	5°	0,'0	. . . . .	4ˢ	5°	0,'0
decl. * =	+	1	8	36, 4	. . . .	— 1	8	36, 4
Arg. 5 =		5ˢ	13°	36,'4		Arg. 6 = 2ˢ	26°	23,'6 Tab. III.

Arg. 1	=	29,"522
Arg. 2	=	16, 061
Arg. 3	=	20, 065
Arg. 4	=	19, 582
Arg. 5	=	13, 869
Arg. 6	=	9, 747
Summa	=	108, 846
		100, 000
	+	8,"846 = Aberrat. in declin. α Lyrae.

Exemplum III.

Sit quantitas aberrationis in declinationem α Piſcis auſtrini, eodem tempore, ut ſupra, ſupputanda.

AR. * =		11ˢ	11°	38.'7	. . . .	11ˢ	11°	38.'7	
decl. * =	+	1	0	40, 5	. . .	— 1	0	40, 5	
		0	12	19, 2		10	10	58, 2	
						+ 6			
						4	10	58, 2	
long.⊙ =	∓]	1	15		. . . .	∓] 1	15		
Arg. 1 =		10ˢ	27°	19,'2		Arg. 2 = 2ˢ	25°	58,'2	Tab. I.
Arg. 3 =		1	27	19, 2		Arg. 4 = 5	25	58, 2	Tab. II.
long.⊙ =		1ˢ	15°	0,'0	. . . .	1ˢ	15°	0,'0	
decl. * =	+	1	0	40, 5	. . .	— 1	0	40, 5	
		2	15	40, 5		0	14	19, 5	
	+	6			. . .	+ 6			
Arg. 5 =		8ˢ	15°	40,'5		Arg. 6 = 6ˢ	14°	19,'5	Tab. III.

Arg. 1	=	11,"829
Arg. 2	=	19, 317
Arg. 3	=	20, 226
Arg. 4	=	19, 582
Arg. 5	=	10, 998
Arg. 6	=	13, 908
Summa	=	95. 860
		100, 000
	—	4,"140 = Aberratio in declin. α Piſcis auſtrini.

Problema III.

Data longitudine ſolis, longitudine et latitudine fixae, invenire per tabulam IV pag. 93 effectum aberrationis luminis in longitudinem.

1) Quaere elongationem fixae propoſitae, ſubtrahendo nimirum longitudinem ſtellae a longitudine ſolis.

2) Aſſumta latitudine fixae pro argumento, excerpe e tabula pag. 88 vel 89 angulum ſubſidiarium γ vel δ.

3) Summa et differentia hujus anguli auxiliarii cum elongatione fixae faciunt argumenta, cum quibus ingredere tabulam IV pag. 93.

4) Carpe numeros argumentis his reſpondentes, illorum ſummam algebraicam multiplica per 10, ſi angulo γ, per 100, ſi angulo δ uſus fueris. Productum dabit effectum aberrationis in longitudinem fixae propoſitae.

Exemplum I.

Quaerendus ſit effectus aberrationis luminis in longitudinem ſtellae polaris die 1 Januarii 1800. Eſt longitudo hujus fixae pro dato tempore $2^s\ 25^\circ\ 46,'2$, ejusdem latitudo borealis $66^\circ\ 4,'6$, longitudo ſolis $9^s\ 11^\circ$, et angulus ſubſidiarius γ inventus $2^s\ 15^\circ\ 43,'6$.

long. ☉	=	9^s	11°			
long. *	=	2	25	46,'2		
elong. *	=	6	15	13, 8		
ang. ſubſ. $\gamma = \pm$]		2	15	43, 6		
Arg. 1	=	9^s	0°	57, 4	. . .	− 0,"169
Arg. 2	=	3	29	30, 2	. . .	+ 4, 988 Tab. IV.

+ 4,"819 × 10 = + 48,"19 = Aberr. in longitud. ſtellae polaris.

Exemplum II.

Quaeritur aberratio luminis in longitudinem α Aquilae, die 20 Aprilis 1800. Invenimus longitudinem fixae $9^s\ 28^\circ\ 57,'9$, ejusdem latitudinem borealem $29^\circ\ 18,'6$, longitudinem ſolis $1^s\ 0^\circ$ et angulum ſubſidiarium γ, $2^s\ 23^\circ\ 24,'9$.

long. ☉	=		1^s	0°		
long. *	=	−	9	28	57,'9	
elong. *	=		3	1	2, 1	
ang. ſubſ. $\gamma = \pm$]			2	23	24, 9	
Arg. 1	=		5^s	24	27, 0	. . + 10,"078 Tab. IV.
Arg. 2	=		0	7	37, 2	. . − 10, 036

+ 0, 042 × 10 = + 0,"42 Aberrat. in longit. α Aquilae.

Exemplum III.

Sit invenienda quantitas aberrationis luminis in longitudinem α Piſcis auſtrini, die 23 Maji 1800. Longitudo hujus fixae eſt pro dato tempore $11^s\ 1^\circ\ 2,'7$, ejusdem latitudo $21^\circ\ 6,'3$, longitudo ſolis $2^s\ 2^\circ$, et angulus ſubſidiarius γ, $2^s\ 23^\circ\ 50,'8$.

long. ☉	=		2^s	2°		
long. *	=	−	11	1	2,'7	
elong. *	=		3	0	57, 3	
ang. ſubſ. $\gamma = \pm$]			2	23	50, 8	
Arg. 1	=		5^s	24	48, 1	. . . + 10,"085
Arg. 2	=		0	7	6, 5	. . . − 10, 048

+ 0,"037 × 10 = + 0,"37 = Aberr. in long. α Piſcis auſtrini.

Problema IV.

Datis, quae ſupra poſita ſunt, invenire per tabulam IV, pag. 93 effectum aberrationis lucis in latitudinem.

1) Quaere elongationem fixae = long. ☉ — long. ✱ .

2) Accipe ſummam et differentiam elongationis cum latitudine fixae propoſitae; ſummae adde 180° vel VI^s, et conſequeris argumenta duo pro tabula IV. Latitudo ſive borealis, ſive auſtralis, ſine diſcrimine adhibenda eſt, et nullam in ſigno algebraico aberrationis quantitatis affert mutationem.

3) Excerpe e tabula IV numeros his argumentis reſpondentes, dabit illorum ſumma aberrationis quantitatem in latitudinem quaeſitam.

Exemplum I.

Sit aberratio luminis in latitudinem ſtellae polaris, pro eodem tempore et cum eisdem elementis, ut ſupra, determinanda.

elong. ✱ =		6^s	15°	13,'8		
latit. ✱ =] ∓	2	6	4, 6			
Arg. 1 =		4^s	9°	9,'2	. . . .	+ 6,"396
		8	21	18, 4		
	+ 6					
Arg. 2 =		2^s	21°	18,'4	. . . .	— 1, 531

+ 4,"865 = Aberr. in latit. ſtellae polaris.

Exemplum II.

Quaeratur effectus aberrationis in latitudinem α Aquilae eisdem elementis et eodem tempore, ut ſupra.

elong. ✱ =		3^s	1°	2,'1		
latit. ✱ =] ∓	0	29	18. 6			
Arg. 1 =		2	1°	43, 5	. . . . .	— 4,"802
		4	0	20, 7	. . . .	
	+ 6					
Arg. 2 =		10^s	0°	20,'7	. . . .	— 5, 117

— 9,"919 = Aberr. in latit. α Aquilae.

Exemplum III.

Sit quantitas aberrationis luminis in latitudinem α Piſcis auſtrini eodem tempore, ut ſupra, inveſtiganda.

elong. ✱ =		3^s	0°	57,'3		
latit. ✱ =] ∓	0	21	6, 3			
Arg. 1 =		2^s	9°	51,'0	. . . .	— 3,"488
		3	22	3, 6		
	+ 6					
Arg. 2 =		9^s	22°	3,'6	. . . .	— 3, 802

— 7, 290 = Aberr. in latit. α Piſc. auſtr.

Problema V.

Invenire effectum aberrationis in aſcenſionem rectam per tabulas I et II, pag. 501.

1) Ab aſcenſione recta fixae aufer longitudinem ſolis; reſiduum eſt argumentum tabulae I.

2) Ad aſcenſionem rectam fixae adde longitudinem ſolis, et habes argumentum tabulae II.

3) Exquire utroque argumento numeros competentes ex tabulis quorum ſumma ducta in ſecantem declinationis ſtellae, vel diviſa per coſinum ejusdem, ſuppeditat quantitatem aberrationis in aſcenſionem rectam.

Exemplum I.

Sit aberratio in aſcenſionem rectam ſtellae polaris, eodem tempore et eisdem elementis, ut in exemplo priori pag. 95 invenienda.

AR. * = 0ˢ 13° 7,'0
long. ☉ = ♓ 4 0

Arg. 1 = 8ˢ 13° 7,'0 . . . . + 5,"639 Tab. I.
Arg. 2 = 4 13 7, 0 . . . . − 0, 572 Tab. II.

Summa = + 5,"067 Log. = 0,7047509
sec. decl. * = 1,5134327

Log. = 2,2181836 = + 165,"27 = Aberr. in AR. ſtell. pol.

Per alias tabulas hanc aberrationem ſupra pag. 95 invenimus + 165,"1

Exemplum II.

Quaeratur aberratio luminis in aſcenſionem rectam ſtellae α Piſcis auſtrini, elementis et tempore, ut in ſuperiori exemplo pag. 96.

AR. * = 11ˢ 11° 38,'7
long. ☉ ♓ 1 15

Arg. 1 = 9ˢ 26° 38, 7 . . . − 8,"708 Tab. I.
Arg. 2 = 0 26 38, 7 . . . + 0, 749 Tab. II.

Summa = − 7, 959 Log. = 0,9008585
sec. decl. * = 0,0654650

Log. = 0,9663235 = − 9,"25 = Aberr. in AR. α Piſc. auſtr.

Per alias tabulas ſupra pag. 96 — 9,"26.

Problema VI.

Invenire effectum aberrationis in declinationem per tabulas I, II, et III, pag. 501 et 502.

1) Argumentis $\mathfrak{R}$ * — long. $\odot$ + III^s et $\mathfrak{R}$ * + long. $\odot$ + III^s, habes in tabula I et II numeros, quorum ſumma algebraica, ducta in ſinum declinationis fixae, erit aberrationis quantitatis pars prior.

2) Argumentis long. $\odot$ + decl. * et long. $\odot$ — decl. *, quorum ſingulis addes VI ſigna, ſi fixae declinatio ſit auſtralis, ingredere bis tabulam III, et colliges reliquas duas partes, quae cum priori conflatae, omnem aberrationis effectum praebent.

Exemplum I.

Sit inveniendus, ut ſupra pag. 97 effectus aberrationis luminis in declinationem ſtellae polaris.

AR. * = 0^s 13° 7,'0
long. $\odot$ = ∓] 4 0

8 13° 7,'0 + III^s = 11^s 13° 7,'0 = Arg. 1 Tab. I = − 18,"582
4 13 7, 0 + III^s = 7 13 7, 0 = Arg. 2 Tab II = − 0, 612

Summa = − 19, 193 Log. = 1,2831429
Log. ſin. decl. * = 9,9997958

long. $\odot$ = 4^s 0°
decl. * = ±] 2 28 14,'6

Log. = 1,2829387 = − 19,"183

Arg. 3 = 6^s 28° 14,'6 . . . . . + 3, 553
Arg. 4 = 1 1 45, 4 . . . . . − 3, 429 } T. III

Summa = − 19, 059 = Aberratio in decl. ſtellae pol.
Haec aberratio pag. 97 inveniebatur — 19,"058

Exemplum II.

Quaeratur quantitas aberrationis in declinationem, ut ſupra pag. 98, α Piſcis auſtrini.

AR. * = 11^s 11° 38,'7
long. $\odot$ = ∓] 1 15

9^s 26° 38,'7 + III^s = 0^s 26° 38,'7 = Arg. 1 Tab. I = − 17,"356
0 26 38, 7 + III = 3 26 38, 7 = Arg. 2 Tab. II = − 0, 375

Summa = − 17, 731 Log. = 1,2487332
Log. ſin. decl. * = 9,7077165

long. $\odot$ = 1^s 15°
decl. * = ±] 1 0 40,5

Log. = 0,9564497 = − 9,"046

2 15 40,5 + VI^s = Arg. 3 = 8^s 15° 40,'5 . . . . . + 0, 997
0 14 19,5 + VI^s = Arg. 3 = 6 14 19, 5 . . . . . + 3, 907 } Tab. III

Summa = − 4, 142 = Aberr. in decl. α Piſc. auſtr.
Supra pag. 98 hanc quantitatem invenimus . . . . . — 4,"140

In calculo aberrationis luminis, quem hactenus pertractavimus, terrae orbita circularis, ejusdemque motus annuus aequabilis ſupponebatur. Jam in primis noſtris tabulis motuum ſolis, anno 1792 editis, indicavimus (pag. 144), etiamſi tum luminis, tum telluris velocitas in orbita, propemodum ubique eadem ſtatui poſſit, tamen rigore geometrico rem non ita ſe habere, cum ratio velocitatis lucis et telluris non plane eadem ſit in omnibus orbitae punctis; differentias vero, quae exinde proficiſci poſſint, tam parvi eſſe momenti, ut in calculo ſcrupuloſiſſimo tuto praeteriri queant. Sed aſtronomis quibusdam recentioribus viſum eſt, rationem, quae ex inaequalitate motus telluris in orbita elliptica in aberrationis effectum redundare poſſet, non eſſe in hodierna praxi aſtronomica contemnendam. Indagarunt itaque materiem hanc doctiſſimi viri Cl. *DE LA PLACE* et Cl. *DELAMBRE*, qualem nempe variationem inaequalis haec terrae velocitas in aberrationis effectum producere valeret, et quanam methodo calculus hic breviſſime peragendus eſſet. Disquiſitionem hanc disceptatam videre licet in *Conn. des tems*, année IX pag. 471, et année XI, pag. 344. Nos tantum in eo moramur, Cl. *DELAMBRE* ibidem demonſtraſſe, effectum hunc ex terreſtris orbitae excentricitate gigni, in aſcenſionem rectam:

$$\frac{0,''33531}{\text{cos. decl.}*} \sin (\text{Æ}* - 8^{\circ}\ 42'\ 40'')$$

in declinationem:

$$-0,''022 \cos \text{decl.}* + 0,''33531 \cos (\text{Æ}* - 8^{\circ}\ 42'\ 40'').$$

Supputetur exempli gratia effectus hic pro aberratione ſtellae polaris; invenies, eundem eſſe + 0,"83 in aſcenſionem rectam, et + 0,"33 in declinationem; ex quo conſequitur, correctiunculam hanc ſemper et ubique tuto negligi poſſe. Nam illa praetermiſſa non aliud inde in aberrationis quantitatem redundare poteſt diſcrimen, quam ut aberratio apparens, ſolita methodo ſupputata, vera 0,"83 major, et itidem declinatio 0,"33 quoque major, et quidem eadem hac quantitate ſemper inveniatur. Qui vero ſibi religioni ducunt, correctionem hanc aberrationis praetermittere, poterunt eandem, iisdem tabulis noſtris ſive univerſalibus, ſive ſpecialibus, modo perfacili aſſequi. Sufficit enim pro data fixa ex tabulis conſuetis cum argumento long. perig. ☉, quae ſecundum tabulas noſtras ſolares recentiſſimas eſt 9ˢ 9° 29', exquirere aberrationis quantitatem reſpondentem, quae, per 60 diviſa, mox dabit correctiunculam quaeſitam.

Quaeritur e. g. correctio pro aberrationis quantitate in aſcenſionem rectam, et in declinationem fixae α Tauri. Ex tabula noſtra ſpeciali aberrationis pro hac ſtella, pag. 59 hujus operis, habes pro argumento 9ˢ 9° 29′ numerum reſpondentem in aſcenſione recta = + 17,″55, et in declinatione = + 1,″72, quorum pars ſexageſima dabit correctiunculam pro aberratione in aſcenſione recta = + 0,″293, et pro hac in declinatione = + 0,″029.

Correctiunculae hae, pro quavis fixa ſemel ſupputatae, conſtantes quaſi et perennes cenſeri poſſunt, quoniam illarum argumentum per plura vix ſecula mutatur. Nam variatio annua longitudinis ſolis perigaei eſt 62″, longitudinis fixarum 50″; itaque variatio annua hujus argumenti tantummodo eſt 12″; ergo correctio haec aberrationis ſenſibiliter conſtans et permanens eſt, et per quingentorum annorum ſpatium vix aut ne vix quidem 0,″01 mutabilis.

Subduximus et exhibemus in tabula appoſita has aberrationum correctiunculas in aſcenſione recta, et in declinatione praecipuarum quarundam fixarum, quae in praxi aſtronomica curatiore maxime in uſu ſunt.

Nomina Stellarum	Correctiuncula in AR. in arcu	Correctiuncula in declinatione
γ Pegaſi	− 0,″048	+ 0,″059
α Urſae min.	+ 0, 826	+ 0, 337
α Arietis	+ 0, 125	+ 0, 099
α Ceti	+ 0, 187	− 0, 006
α Tauri	+ 0, 293	+ 0, 029
α Aurigae	+ 0, 438	+ 0, 079
β Orionis	+ 0, 301	+ 0, 041
β Tauri	+ 0, 265	+ 0, 036
α Orionis	+ 0, 327	− 0, 012
α Canis maj.	+ 0, 347	+ 0, 022
α Geminor.	+ 0, 376	− 0, 055
α Can. min.	+ 0, 325	− 0, 030
β Geminor.	+ 0, 366	− 0, 059
α Hydrae	+ 0, 254	− 0, 003
α Leonis	+ 0, 202	− 0, 079
β Leonis	+ 0, 081	− 0, 108
β Virginis	+ 0, 079	− 0, 038
α Virginis	− 0, 059	− 0, 036
α Bootis	− 0, 138	− 0, 127
α¹ Librae	− 0, 178	− 0, 053
α² Librae	− 0, 179	− 0, 053
β Urſae min.	− 0, 732	− 0, 272
α Coron. bor.	− 0, 254	− 0, 132
α Serpentis	− 0, 236	− 0, 051
α Scorpii	− 0, 301	− 0, 063
α Herculis	− 0, 318	− 0, 053
α Ophiuchi	− 0, 326	− 0, 043
α Lyrae	− 0, 425	− 0, 022
γ Aquilae	− 0, 325	− 0, 006
α Aquilae	− 0, 322	− 0, 008
β Aquilae	− 0, 318	− 0, 012
α¹ Capric.	− 0, 315	+ 0, 051
α² Capric.	− 0, 314	+ 0, 051
α Cygni	− 0, 405	+ 0, 101
α Aquarii	− 0, 213	+ 0, 028
α Piſc. auſtr.	− 0, 176	+ 0, 170
α Pegaſi	− 0, 145	+ 0, 052
α Andromed.	− 0, 058	+ 0, 135

Signum algebraicum correctionibus praefixum + denotat aſcenſionem rectam et declinationem fixae majorem, ſignum −, minorem evadere neglecta hac correctione.

Eandem hanc correctiunculam pro longitudine ſolis, ejusdem aberrationi *mediae* + 20,″255 applicandam, per ſequentem invenies tabellam; qua adhibita, obtinebis aberrationem *veram* pro orbita elliptica, quae loco ſolis addenda eſt, ut habeatur longitudo ſolis a *vera* aberratione libera. Argumentum hujus tabulae anomalia ſolis *vera*, vel, quod in praeſenti caſu ſubſtituere licet, *media* eſt, argumentum

hoc

hoc ex tabulis noſtris ſolaribus (1804) uſurpari poterit, rejectis ſilicet duobus poſtremis numeris decimalibus. Eſt enim ibidem Arg. I anomalia ſolis media circulo 360 graduum in 10000 partes diviſo, ſed hic pro compendioſiſſima tabella noſtra in 100 partes aſſumto.

Correctio Aberrationis pro loco Solis ex terreſtris orbitae excentricitate orta.

Arg. I. Anomal. ⊙ media		Correctio Aberrationis	Arg. I. Anomal. ⊙ media	
0	100	+ 0,"34 —	50	50
5	95	0, 32	45	55
10	90	0, 28	40	60
15	85	0, 20	35	65
20	80	0, 11	30	70
25	75	+ 0, 01 —	25	75

Non ſolum terrae motus annuus in orbita, et ejusdem inaequalitas, conjuncta cum luminis velocitate, id quod ſupra diximus, lucis aberrationem annuam parit; ſed eadem de cauſa motus diurnus telluris, ſeu rotatio circa proprium axem, neceſſario ſimilem huic producere debet lucis effectum. Telluris gyrus annuus in ecliptica ſit, rotatio diurna in aequatore, ad hanc igitur nova haec lucis aberrationis inaequalitas referenda eſt. Cl. *EVLERVS* et Cl. *CAMERARIVS* materiem hanc fuſius perſcrutati ſunt in *Commentariis ſcientiarum Academiae Petropolitanae*, Vol. IX, 1739 pag. 169, in *Ephemerid. aſtron. Berolin. ad annum 1789*, pag. 139, et in *Supplemento* harum Ephemeridum Vol. I, pag. 198.

Ex analogia *aberrationis* luminis *annuae* perfacile ejusdem effectus in *aberrationem diurnam* colligi poteſt; eſt enim aberratio haec diurna in aſcenſionem rectam:

$$\frac{-\,0,''304 \cos \text{altit. pol.} \times \cos \text{ang. hor.} *}{\cos \text{decl.} *}$$

et in declinationem:

$$-\,0,''304 \cos \text{altit. pol.} \times \sin \text{decl.} * \times \sin \text{ang. horar.} * .$$

Pro obſervationibus in meridiano inſtitutis, angulus horarius fit $= 0$, adeoque aberratio diurna in declinationem in hoc caſu ſemper nulla eſt, in aſcenſionem rectam vero:

$$-\,0,''304 \cos \text{altit. pol.} \times \sec \text{decl.} * .$$

Supputata eſt per hanc formulam tabula ſubſequens, in qua, ne quidquam praetermiſiſſe videamur, minutiſſimum hunc luminis effectum in promtu habes.

Stellarum culminantium

Aberratio diurna in aſcenſionem rectam.

Arg. in fronte: altitudo poli obſervatoris.

Arg. in latere: declinatio fixae.

Decl.	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°	90°
°	″	″	″	″	″	″	″	″	″	″
0	0, 30	0, 30	0, 29	0, 26	0, 23	0, 20	0, 15	0, 10	0, 05	0, 00
10	0, 31	0, 30	0, 29	0, 27	0, 24	0, 20	0, 15	0, 11	0, 05	0, 00
20	0, 32	0, 32	0, 30	0, 28	0, 25	0, 21	0, 16	0, 11	0, 06	0, 00
30	0, 35	0, 35	0, 33	0, 30	0, 27	0, 23	0, 18	0, 12	0, 06	0, 00
35	0, 37	0, 37	0, 35	0, 32	0, 28	0, 24	0, 19	0, 13	0, 06	0, 00
40	0, 40	0, 39	0, 37	0, 34	0, 30	0, 26	0, 20	0, 14	0, 07	0, 00
45	0, 43	0, 42	0, 40	0, 37	0, 33	0, 28	0, 22	0, 15	0, 07	0, 00
50	0, 47	0, 47	0, 44	0, 41	0, 36	0, 30	0, 24	0, 16	0, 08	0, 00
55	0, 53	0, 52	0, 50	0, 46	0, 41	0, 34	0, 27	0, 18	0, 09	0, 00
60	0, 60	0, 60	0, 57	0, 53	0, 47	0, 39	0, 30	0, 21	0, 11	0, 00
63	0, 67	0, 66	0, 63	0, 58	0, 51	0, 43	0, 34	0, 23	0, 12	0, 00
66	0, 75	0, 74	0, 70	0, 65	0, 57	0, 48	0, 37	0, 26	0, 13	0, 00
69	0, 85	0, 84	0, 80	0, 74	0, 65	0, 69	0, 42	0, 29	0, 15	0, 00
72	0, 98	0, 97	0, 92	0, 85	0, 75	0, 63	0, 49	0, 34	0, 17	0, 00
75	1, 18	1, 16	1, 10	1, 02	0, 90	0, 76	0, 59	0, 40	0, 20	0, 00
78	1, 46	1, 44	1, 37	1, 27	1, 12	0, 94	0, 73	0, 50	0, 25	0, 00
81	1, 94	1, 91	1, 83	1, 68	1, 49	1, 25	0, 97	0, 67	0, 34	0, 00
84	2, 91	2, 86	2, 73	2, 52	2, 23	1, 87	1, 45	1, 00	0, 51	0, 00
87	5, 81	5, 72	5, 46	5, 03	4, 45	3, 73	2, 90	1, 99	1, 01	0, 00
88	8, 71	8, 58	8, 19	7, 54	6, 67	5, 60	4, 36	2, 98	1, 52	0, 00
Pol	9, 96	9, 80	9, 35	8, 62	7, 63	6, 40	4, 98	3, 41	1, 73	0, 00
89	17, 42	17, 15	16, 37	15, 09	13, 34	11, 20	8, 71	5, 96	3, 03	0, 00

Cum tabularum noſtrarum ſpecialium aberrationum et nutationum uſus, illis, qui in calculo aſtronomico vel mediocri uſu pollent, obſcurus eſſe non poſſit, eis explicandis non amplius immorabor. Tantum moneo, tabulas has ſpeciales aberrationis ad normam maximae aberrationis 20", et non ad illam 20,"255 conſtructas fuiſſe; augendae igitur ſunt $\frac{1}{79}$ partium ſuarum, ſi easdem ad quantitatem hanc poſtremam exaequare cupis.

Sit e. g. effectus aberrationis luminis in aſcenſionem rectam, et in declinationem pro fixa α Tauri die 5 Januarii 1800, et longitudine ſolis 9^s 15° data, poſita aberratione maxima 20,"255, ex tabula noſtra ſpeciali hujus fixae pag. 59 hujus operis explorandus; erit:

Aberrat. α Tauri in AR. pro arg. 9^s 10°	= + 17,"47	in decl. = + 1,"69
Pars proportionalis pro 5°	— 1, 120	— 0, 305
Summa	+ 16, 350	+ 1, 385
$\frac{1}{79}$ hujus ſummae	+ 0, 207	+ 0, 017
Aberrat. α Tauri pro argumento 9^s 15° in AR. poſ. aberr. max. 20,"255 . . .	+ 16,"557	in decl. = + 1,"402
Ex tabulis ſupra pag. 88 ſq. relatis haec aberratio ſec. Probl. I et II eſt	+ 16, 600	+ 1, 373
Ex tab. pag. 501 et 502 ſec. Probl. V et VI	+ 16, 591	+ 1, 383

Commoda et opportuna res eſt admodum, ſine calculi opera, aberrationis et nutationis effectum ex tabulis ſpecialibus depromere; ſed tabularum harum numero quantumvis aucto, fieri tamen non poteſt, ut omnium fixarum aberrationes et nutationes ſpeciales in tabulis comprehendantur, quoniam illarum numerus in multorum voluminum molem increſceret. Poteſt attamen tabularum harum, pro quibusdam fixis conſtructarum, uſus et ad alias extendi fixas, ſi nimirum loco ſtellae alicujus propoſitae, quae in tabulis ſpecialibus non deprehenditur, aliam quandam ipſi vicinam ſubſtituamus. Sed cum norimus, variata aſcenſione recta et declinatione fixae, ejusdem aberrationis effectus quoque variari, indagandum ſedulo eſt, quid variatio haec in variandis aberrationis quantitatibus efficiat, ut conſtet, quo jure tabula aberrationis unius fixae pro alia uſurpari poſſit. Quodſi enim error iſte adeo levis ſit, ut tuto contemni queat, novo et longiore calculo ſuperſedere omnino licebit. Si contra errorem ſatis gravem pertimeſcendum videamus, explorari poterit, quaenam correctiuncula aberrationis quantitati ex tabula mutuo acceptae pro fixa propoſita applicanda ſit. Habet haec disquiſitio et illud fructus, ut perinde etiam experiamur, qua cum fiducia et accurationis limite tabulae hae ſpeciales, pro certa temporis epocha ſup-

putatae, ad tempora remotiora adhiberi poſſint. Nam ob praeceſſionem annuam aequinoctiorum aſcenſiones rectae pariter ac declinationes ſiderum variantur quotannis, aberrationis effectus vero, vel ab aſcenſione recta, vel a declinatione, vel ab utraque ita pendet, ut vel hac, vel illa, vel utraque mutata ſimul et haec variari debeat.

Variationem hanc aberrationis luminis et axis terreſtris nutationis, e variata ſiderum aſcenſione recta, vel declinatione oriundam, commentatus eſt Cl. *CAMERARIVS* in *Actis ſcientiarum academiae* olim *electoralis Moguntinae*, quae *Erfurti* erat, ad annum 1797, pag. 101. Quae variatio quanta ſit, patebit differentiando formulam generalem, aberrationis effectum in aſcenſionem rectam exprimentem, et quae eſt: (pag. 83)

$$\frac{-19,''41734\cos(AR.*-\odot)-0,''837627\cos(AR*+\odot)}{\cos decl.*}$$

quo facto obtinemus:

$$d.\,aberr.=\frac{[19,''4\,734\sin(AR*-\odot)-0,''837627\sin(AR*+\odot)]\,d.\,AR.}{\cos.\ decl.*}-$$

$$-\frac{[19,''41734\cos(AR*-\odot)-0,''837627\cos(AR*+\odot)\sin decl.*]\,d.\,declin.*}{\cos\ decl.*^2}$$

Cum omnia membra hujus formulae, quae in 0,''837627 ducta ſunt, vix ad minuti ſecundi partem decimam aſſurgant, ſiquidem aſcenſio uno ſaltim gradu varietur, tuto omnino negligi poſſunt, exceptis fortaſſe, ſi quis ſummum rigorem adipiſci velit, ſtellis polo proximis; ſed et hic tuto omitti poſſunt, cum formulis his non ad inveniendos ope differentiarum aberrationis ſtellarum vicinarum effectus, ſed tantum ad dijudicandos eos caſus utamur, quibus differentiae iſtae, ex variata aſcenſione recta et declinatione ortae, ſatis ſenſibiles fiunt. Erit adeoque:

$$d.\ \text{aberr.}=[19,''41734\sin(AR*-\odot)]\,d.\,AR.\sec decl.*$$
$$[-19,''41734\cos(AR*-\odot)\tang.\,decl.*]\,d.\,decl.\sec.\,decl.*.$$

Unde Cl. *CAMERARIVS* ſequentes duas adeptus eſt tabulas:

TABVLA I.

Pro variatione aberrationis aſcenſionis rectae ob variatam uno gradu aſcenſionem rectam.

Argumentum in fronte: declinatio *
Argumentum a latere: Æ * — ⊙

+	—	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°	+	—
s ° s		"	"	"	"	"	"	"	"	"	s ° s	
0 0 6		0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	6 0 0	
10		0,059	0,060	0,063	0,068	0,077	0,092	0,118	0,172	0,339	20	
20		0,116	0,118	0,124	0,134	0,151	0,180	0,232	0,339	0,668	10	
1 0 7		0,169	0,172	0,180	0,196	0,221	0,264	0,339	0,495	0,976	5 0 11	
10		0,218	0,221	0,232	0,252	0,284	0,339	0,436	0,637	1,254	20	
20		0,260	0,264	0,276	0,300	0,339	0,404	0,519	0,759	1,495	10	
2 0 8		0,294	0,298	0,312	0,339	0,383	0,457	0,587	0,858	1,690	4 0 10	
10		0,318	0,323	0,339	0,368	0,416	0,495	0,636	0,931	1,833	20	
20		0,334	0,339	0,355	0,385	0,436	0,519	0,668	0,976	1,922	10	
3 0 9		0,339	0,344	0,361	0,391	0,442	0,527	0,678	0,991	1,952	3 0 9	

TABVLA II.

Pro variatione aberrationis aſcenſionis rectae ob variatam uno gradu declinationem.

Argumentum in fronte: declinatio *
Argumentum a latere: Æ * — ⊙.

—	+	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°	+	—
s ° s		"	"	"	"	"	"	"	"	"	s ° s	
0 0 0		0,000	0,061	0,131	0,226	0,371	0,629	1,174	2,723	11,069	6 0 0	
10		0,000	0,060	0,129	0,222	0,366	0,619	1,156	2,681	10,901	20	
20		0,000	0,057	0,123	0,212	0,349	0,591	1,103	2,558	10,402	10	
1 0 7		0,000	0,053	0,114	0,196	0,322	0,544	1 017	2,363	9,586	5 0 11	
10		0,000	0,047	0,101	0,173	0,284	0,481	0,899	2,086	8,480	20	
20		0,000	0,039	0,084	0,145	0,239	0,404	0,755	1,750	7,115	10	
2 0 8		0,000	0,030	0,066	0,113	0,186	0,314	0,587	1,361	5,535	4 0 10	
10		0,000	0,021	0,045	0,077	0,127	0,215	0,402	0,931	3,786	20	
20		0,000	0,011	0,023	0,039	0,065	0,109	0,204	0,473	1,922	10	
3 0 9		0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	3 0 9	

Formularum harum ac tabularum explicationem Cl. *CAMERARIVS* verbis ita exequitur.

1) In ſtellis, quarum declinatio eſt de 0° usque ad 45°, aſcenſionem rectam paulisper variatam plus variationis in aberrationem aſcenſionis rectae inferre, quam declinationem tantundem variatam: in ſtellis contra polo propioribus longe majorem vim eſſe variatae declinationis ad variandam aberrationem aſcenſionis rectae.

2) Summam, quam aſcenſio recta, uno gradu variata, gignere poſſit, variationem in aberratione aſcenſionis rectae eſſe in ſtellis zodiacalibus 0,"442, ſummam variationem in eadem aberratione e declinatione, uno gradu variata ortam, eſſe 0,"371. Cum vero nunquam eodem tempore ſumma variatio ab aſcenſione recta atque a declinatione oriunda locum habere ſimul poſſit, ſummam variationem, quae ab aſcenſione recta ſimul ac declinatione uno gradu variatis oriri poſſit, eſſe 0,"56 in ſtellis zodiacalibus. In ſtellis vero polis propioribus videmus majores longe fieri variationes aberrationis aſcenſionis rectae, et v. c. in ſtellis, quarum declinatio eſt 80°, aſcenſionem rectam uno gradu variatam 1,"952, declinationem vero uno gradu variatam adeo 11,"069 variationis inferre poſſe in aberrationem aſcenſionis rectae. Conſiderandum tamen eſt etiam illud, ipſam aſcenſionem rectam in ſtellis polo propioribus admodum obſervatu difficilem eſſe, adeoque in his ſtellis variationem aberrationis in aſcenſionem rectam, ſi vel ad aliquot minuta ſecunda aſcendat, haud adeo magni momenti rem eſſe.

3) Tabulas aberrationum aſcenſionis rectae in omnibus ſtellis zodiacalibus poſſe circiter 60 annos adhiberi, antequam variatio aſcenſionis rectae et declinationis errorem dimidii minuti ſecundi efficiat, quod nempe 60 annis aſcenſio recta paulo plus uno gradu, declinatio autem 10′ variari poteſt in ſtellis borealibus, quarum aſcenſio recta $= 2^s$, vel in ſtellis auſtralibus, quarum aſcenſio recta $= 8^s$, in ſtellis aequatori vicinis tempus, quo pari accuratione adhiberi queunt, eſſe fere 120 annorum, quibus aſcenſio recta paulo plus uno gradu cum dimidio, declinatio autem 40′ variatur in ſtellis, quarum aſcenſio recta $= 0^s$. Tabulae aberrationum aſcenſionis rectae in ſtellis polo propioribus ſi per triginta annos adhibeantur, maximi errores, qui ex variata declinatione oriri poterunt, erunt pro declinatione 80°, 1,"849; 1,"792; 1,"577; 1,"395; 1,"170; 0,"944; 0,"652; 0,"316; errores autem, qui ex variata aſcenſione recta oriri poterunt pro declinatione 80° maximi erunt: 2,"573; 2,"496; 2,"383 etc. qui cum erroribus maximis, a declinatione ortis, nunquam conſpirare poſſunt,

ut adeo ſumma errorum ad 3″ circiter aſcendat. Atque ejusmodi errores in ſtellis polo adeo vicinis omnino tolerandi videntur; adeoque tabulae aberrationum aſcenſionis rectae in ſtellis polo vicinis triginta circiter annos, niſi quis ſummum rigorem quaerat, adhiberi poterunt. Pro ſtella polari conſultum fuerit, quovis decennio novam tabulam conſtruere, maxime ob errores, ex variata interim declinatione metuendos, qui tum admodum magni evadunt.

4) Poſſe, ſi quis errorem unius minuti ſecundi in aberratione aſcenſionis rectae contemni poſſe credat, pro ſtella aliqua eligi alteram ipſi vicinam intra limites, parva hac tabula notatos, quae ita intelligenda eſt, ut v. c. in declinatione 10°, vel aſcenſionem rectam 3°, ac ſimul declinationem 1°; vel aſcenſionem rectam 2° et declinationem 7°; vel denique aſcenſionem rectam 1°, ac ſimul declinationem 9° variari poſſe videamus, antequam inde in aberrationem aſcenſionis rectae error 1″ irrepat.

Declinat.	0°	10°	20°	30	40°	50°	60°	70°	80°
Different. aſcenſ. rectae	3°	α) 3° β) 2 γ) 1	α) 2° β) 1 γ) 0	α) 2° β) 1 γ) 0	α) 2° β) 1 γ) 0	α) 2° β) 1 γ) 0	α) 1° 30′ β) 1 γ) 0	α) 1° β) 0 30′ γ) 0	α) 0° 20′ β) 0
Different. declinationis	3°—4°	α) 1° β) 7 γ) 9	α) 6° β) 7 γ) 8	α) 3° β) 4 γ) 4	α) 1° β) 2 30′ γ) 3	α) 0° β) 1 20′ γ) 1 30	α) 0° β) 0 30′ γ) 1	α) 0° β) 0 15′ γ) 0 20	α) 0° β) 0 10′

Si quis vero ab errore etiam dimidii minuti ſecundi cavere velit, quoque limites tanto anguſtiores ſibi conſtituet, eademque ratione, ſi quis in ſtellis praecipue polo vicinis majores etiam errores admitti poſſe putet, ex ſimili tabula quaerere poterit, intra quos fere limites ſtellarum inter ſe diſtantia, vel quoad aſcenſionem rectam, vel quoad declinationem contineri debeat.

5) Tabulas allatas, quamvis, ut diximus, eo ſine elaboratae non ſint, poſſe tamen etiam adhiberi ad inveniendas reapſe differentias aberrationum aſcenſionis rectae in ſtellis ſibi invicem vicinis, quod longe commodius adhuc fieri poſſet, ſi tabulae non denos tantum, ſed ſingulos argumentorum gradus continerent. Quod, ut exemplo aliquo confirmemus, conſideremus v. g. f Tauri, cujus aſcenſio recta anno 1800 eſt 49° 57′ 43″, declinatio vero 12° 14′ 32″, atque cum ea s Tauri comparemus, cujus aſcenſio recta 1800, 49° 52′ 27″, declinatio 10° 38′ 27″, ut itaque fiat $d.\,A\!R = -5'\,16'' = -0,''088$, et $d.$ declin. $= -1°\,36'\,5'' = -1,''601$. Quo facto, poſita numero rotundo aſcenſione recta f Tauri $= 50°$ et loco ſolis $= 0°$, ex

tabula I, ſi declinatio = 10°, pro 1° variatione invenies + 0,"264, ſi vero declinatio = 20°, ſumendum erit + 0,"276, adeoque cum declinatio ſit 12° 14,'5, prodit + 0,"267 pro variatione unius gradus aſcenſionis rectae. At cum ſit *d.* Æ = — 0,"088, ſequitur — 0,"023 pro variatione aſcenſionis rectae. Eodem modo ex tabula II, ſi declinatio = 10°, pro 1° variatione comperies — 0,"039, ſi vero declinatio = 20°, pro 1° variatione ſumendum erit — 0,"084, adeoque, cum declinatio ſit 12° 14,'5, quantitas reſpondens in tabula II eſt — 0,"049, pro variatione unius gradus declinationis. At cum ſit *d.* Decl. = 1,"601, erit + 0,"078 pro variatione declinationis. Pro utraque itaque variatione ſimul ſumta habetur + 0,"055. Atqui ex tabulis noſtris ſpecialibus pag. 27, ſi locus ſolis = 0°, aberratio aſcenſionis rectae eſt — 12,"06 pro *f* Tauri; erit itaque eodem loco pro *s* Tauri — 12,"01; tabulae noſtrae pag. 26 habent — 12,"03, quae levis in partibus tantum centeſimis minuti ſecundi differentia pro *nulla* haberi poteſt. Pari ratione in eadem ſtella, ſi locus ſolis = 2^s = 60°, adeo Æ * — ⊙ = 10°, ex tabula I, ſi declinatio = 10°, pro 1° variatione ſumendum erit + 0,"060, ſi vero declinatio = 20°, + 0,"063, unde, cum declinatio ſit = 12° 14,'5, pro 1° variatione erit + 0,"061, adeoque, cum ſit *d.* Æ = — 0,"088, pro variatione aſcenſionis rectae proveniet — 0,"005. Eodem modo ex tabula II, ſi declinatio = 10°, pro 1° variatione prodit — 0,"060 ſi vera declinatio = 20°, — 0,"129, unde, cum declinatio ſit 12° 14,'5, pro 1° variatione ſumi debet — 0,"075. At cum *d.* decl. = — 1,"601, accipiendum erit + 0,"120. Pro utraque itaque variatione ſimul ſumta invenies + 0,"115. Atqui ex tabulis noſtris, ſi locus ſolis = 2^s, aberratio aſcenſionis rectae eſt — 19,"61 pro *f* Tauri; itaque pro *s* Tauri erit — 19,"49; tabulae habent — 19,"50.

Reſtat nunc etiam, ut effectum in aberrationem declinationis inquiramus, variatis ſingularum fixarum declinationibus et aſcenſionibus rectis. Differentiando itaque formulam aberrationis in declinationem, et neglectis iis membris, quae in 0,"837627 vel 4,"03293 ducta ſunt, et quorum illud poſita *d.* Decl. *, vel *d.* Æ * = 1°, nunquam 0,"02, hoc nunquam 0,"07 efficient, erit:

d. aberr. in decl. = 19,"41734 ſin decl. * coſ (Æ * — ⊙) *d.* Æ
19,"41734 coſ decl. * ſin (Æ * — ⊙) *d.* decl.

Hinc poſita *d.* decl. * pariter ac *d.* Æ * = 1° = 3600" ſequentes emergunt tabulae:

TABVLA I.

Pro variatione aberrationis declinationis ob variatam uno gradu aſcenſionem rectam.

Argumentum in fronte: declinatio ✱.
Argumentum a latere: Æ.✱ — ☉.

+		—	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°	90°	—		+
s	°	s	"	"	"	"	"	"	"	"	"	"	s	°	s
0	0	6	0,000	0,059	0,116	0,170	0,218	0,260	0,293	0,318	0,334	0,339	6	0	0
	10		0,000	0,058	0,114	0,167	0,214	0,256	0,289	0,314	0,329	0,334		20	
	20		0,000	0,055	0,109	0,159	0,205	0,244	0,276	0,299	0,314	0,318		10	
1	0	7	0,000	0,051	0,100	0,147	0,189	0,225	0 254	0,276	0,289	0,293	5	0	11
	10		0,000	0,045	0,089	0,130	0,167	0,199	0,225	0,244	0,256	0,260		20	
	20		0,000	0,038	0,075	0,109	0,140	0,167	0,189	0,205	0,214	0,218		10	
2	0	8	0,000	0,029	0,058	0,085	0,109	0,130	0,147	0,159	0,167	0,170	4	0	10
	10		0,000	0,020	0,040	0,058	0,075	0,089	0,100	0,109	0,114	0,1 16		20	
	20		0,000	0,010	0,020	0,029	0,038	0,045	0,051	0,055	0,059	0,059		10	
3	0	9	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	3	0	9

TABVLA II.

Pro variatione aberrationis declinationis ob variatam uno gradu declinationem.

Argumentum in fronte: declinatio ✱.
Argumentum a latere: Æ. ✱ — ☉.

+		—	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°	+		—
s	°	s	"	"	"	"	"	"	"	"	"	s	°	s
0	0	6	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	0,000	6	0	0
	10		0,059	0,058	0,055	0,051	0,045	0,038	0,029	0,020	0,010		20	
	20		0,116	0,114	0,109	0,100	0,089	0,075	0,058	0,040	0,020		10	
1	0	7	0,170	0,167	0,159	0,147	0,130	0,109	0,085	0,058	0,029	5	0	11
	10		0,218	0,214	0,205	0,189	0,167	0,140	0,109	0,075	0,038		20	
	20		0,260	0,256	0,244	0,225	0,199	0,167	0,130	0,089	0,045		10	
2	0	8	0,293	0,289	0,276	0,254	0,225	0,189	0,147	0,100	0,051	4	0	10
	10		0,318	0,314	0,299	0,276	0,244	0,205	0,159	0,109	0,055		20	
	20		0,334	0,329	0,314	0,289	0,256	0,214	0,167	0,114	0,058		10	
3	0	9	0,339	0,334	0,318	0,293	0,260	0,218	0,170	0,116	0,059	3	0	9

Hinc apparet:

1) Summam, quae ex aſcenſione recta ſimul ac declinatione uno gradu variatis oriri poſſit, variationem declinationis, eſſe circiter 0,"35, eamque fere aequaliter locum habere poſſe, quaecunque ſit ſtellae declinatio.

2) Sexaginta annis, quibus tabularum aberrationis in aſcenſionem rectam uſum permiſſum eſſe diximus in ſtellis zodiacalibus, in aberratione declinationis in ſtellis adeo polo proximis vix 0,"34 variationis ob variatam interim aſcenſionem rectam oriri, cui deinde admodum parva aliqua variatio ob variatam interim declinationem accedat, ita ut tabulis aberrationis in declinationem pro ſtellis quibuscunque circiter 100 annos uti liceat, antequam inde error 0,"5 oriatur; pro ſtellis autem zodiacalibus uſum earum adeo ultra duo ſecula ſine periculo erroris 0,"5 extendi poſſe.

3) Limites, intra quos ſtellarum vicinarum aberratio in declinationem ſine periculo erroris 1" promiscue ſumi poſſit, hac tabula contineri:

Declinatio	0°	10°	20°	30°	40°	50°	60°	70°	80°
Differentia aſcenſionis rectae	α)8° β)0	α)8° β)3	α)7° β)2	α)5° β)3	α)3° β)2	α)3° 30' β)2	α)3° β)2	α)3° β)1° 30'	α)3° β)2
Differentia declinationis	α)2° β)3	α)2° β)3	α)1° 30' β)3	α)2° β)3	α)2° β)3° 30'	α)2° β)3	α)3° β)5	α)2° β)7	α)0° β)8

De nutatione axis terreſtris.

Axem terrae periodicae cuidam inclinationi, quam *axis terreſtris nutationem* vocant, eſſe obnoxiam, jam Cl. *NEWTONVS* ex theoria ſua univerſali gravitationis aſſecutus eſt. *) Demonſtravit enim ſummus hic geometra, cum terra altior ſit ad aequatorem, quam ad polos, ejus puncta aequinoctialia regredi, et oſcillatorio axis telluris motu bis in ſingulis revolutionibus nutare, et bis redire ad poſitionem priorem. Motum hunc perexiguum eſſe putabat, et vix aut ne vix quidem ſenſibilem, ideoque ejus quantitatem definire operae non eſſe pretium duxit.

Sperabat Cl. *FLAMSTEEDIVS* **) anno 1690, ſe quantitatem hanc nutationis obſervationum ope determinare poſſe; ſed comparando inter ſe obſervationes ſuas menſium duodecim, tandem ariolatus eſt, ſi talis detur nutationis effectus, adeo eſſe minutum, ut organis ſuis plane non ſit perceptibilis, adeoque majoribus inſtrumentis, magisque quam ſua ſint, firmatis aſſequendum, quod etiam tum fieri poſſe deſperabat.

Patet ex Cl. *ROEMERI* autographis, a Cl. *PET. HORREBOVIO* in operum mathematico-phyſicorum tomo tertio ***) prolatis, ſagaciſſimum hunc, deque lucis aberrationis invento optime meritum aſtronomum, de axis terreſtris nutatione jam ab anno 1693 indicia certa, atque veſtigia habuiſſe. Cum enim quasdam in obſervationibus ſuis per duos annos expertus eſſet variationes: eas nec refractionibus, nec parallaxibus tribui poſſe, ſed ad vacillationem aliquam poli terreſtris referendas eſſe apertis pronuntiaverat verbis, cujus ſe veriſimilem explicationem et obſervationibus munitam theoriam dare poſſe ſperabat.

Reſervatum fuit ſummo aſtronomo Cl. *BRADLEJO*, eodem auxilio, eodemque inſtrumento, quo in lucis aberrationis quantitatem inquiſiverat, nutationis quantitatem definire. Nam cum inceptas aberrationum obſervationes perpetim perſequeretur; lucis aberrationis phaenomena quovis anno eodem ordine redire et easdem ſemper ſervare

*) Philoſoph. natur. princip. math. Lib. III. Prop. XXI. Theor. XVII, et de mundi ſyſtemate § 37, pag. 203. Edit. Lond. Horsley, 1782.

**) Hiſt. coel. britann. Prolegom. Vol. III, pag. 113.

***) Baſis aſtron. Cap. X, § 157, 158, pag. 65. Havniae, 1741.

leges deprehendit, variatis tamen quotannis aliquantiſper differentiis, aliis quam ſupra dictis obſequendo legibus. Sed perſequendo obſervationes pertinaciter, incidit tandem anno 1747 in veram hujus deviationis cauſam, quam ex quindecim annorum obſervationibus enodaverat, eamque in *Transactionibus philoſophicis ſocietatis reg. Londinenſ.* ad annum 1748, No. 485, primus dilucide explanavit.

Finxit nempe ad effectum hujus nutationis explicandum, circa aequatoris polum circellum 18° diametro deſcriptum, per cujus peripheriam axis terrae per intervallum unius nodorum lunae revolutionis vagari videtur, ita ut inclinatio axis terreſtris continuo mutetur; ex qua mutatione fixarum latitudines non variantur, quoniam polus eclipticae non mutatur, ſed axis terrae et eclipticae diſtantia, hoc eſt, obliquitas eclipticae, periodicam ſubit mutationem; hinc ex mutata aequatoris cum ecliptica interſectione eundem effectum periodicum in ſiderum longitudinibus producit.

Cl. D'*ALEMBERT*, qui problema praeceſſionis aequinoctiorum et nutationis axis terreſtris primus ad umbilicum reſolvit, primus etiam ex reconditioribus attractionis legibus demonſtravit, *) axem terrae non circellum, ut *BRADLEJVS* ſtatuerat, imo vero ellipſin deſcribere, cujus axis major ad axem minorem ſe habet, ut coſinus obliquitatis eclipticae ad coſinum dupli hujus obliquitatis, hoc eſt, ſecundum obſervationes Cl. *BRADLEJI* ut 9″ ad 6,″7. Quam *BRADLEJI* rationem Cl. *MASKELYNE* repetitis ſupputationibus obſervationum fixarum γ Draconis et η Urſae majoris accuratius invenit ut 9,″55 ad 7,″10 **); ſed cognita nunc maſſa lunae majori cum certitudine, quantitas abſoluta nutationis exploratius ex theoria innoteſcet; unde Cl. DE LA *PLACE* ***) rationem hanc deduxit 10,″055664 : 7,″48562, ad cujus normam tabulae ad calcem operis pag. 503 conſtructae ſunt. Sed cum acutiſſimus hic geometra maſſam lunae juſto majorem aſſumſiſſet, nobis vero, ut in *tabulis* noſtris *motuum ſolis noviſſimis et iterum correctis* pag. 10 jam indicavimus, maſſa haec correcta ſit 0,8555; ſequitur inde, rationem noſtram axium nutationis ellipſeos fore ut 9,″6480 ad 7,″1822. Hinc quantitas nu-

*) Recherches ſur la préceſſion des équinoxes, et ſur la nutation de l'axe de la terre dans le ſyſtême Newtonien, par M. *D'Alembert*. Paris, 1749, § 62, pag. 70.

**) Tables for computing the apparent places of the fixt ſtars etc. By *Nevil Maskelyne*. London 1774, pag. VIII.

***) Mécanique céleſte, Tom. II, pag. 351.

tationis axis telluris, ſive variatio, quam motus plani aequatoris in obliquitate eclipticae producit, eſt: 9,"6480 coſ. long. nodi aſcend. lunae; atque imminutio longitudinis omnium ſiderum:

7,"1822 ſin ☊☾ coſec. obl. eclipt. = 18,"03584 ſin. ☊☾.

Ad mentem hujus formulae conſtructa eſt tabula noſtra I, pag. 121. Variationes hae neceſſario et omnes aſcenſiones rectas et declinationes ſiderum inficiunt. Cl. *D'ALEMBERT*, et poſt hunc alii, qui problema hoc pertractarunt, tradiderunt regulas, quibus nutationis effectus tum in aſcenſionem rectam, tum in declinationem computari poſſunt. Has vero regulas ad ſimpliciſſimam et aptiſſimam, ut jam diximus, reduxit formam, et in compendioſiſſimas coegit tabulas Cl. *LAMBERT*,*) quibus calculus hic facillimo abſolvi poteſt negotio. Eſt nimirum ad numeros noſtros exaequatus effectus nutationis in aſcenſionem rectam.

1) — 16,"54414 ſin long. ☊☾ — (9,"6480 coſ. Æ* coſ. ☊☾ +
+ 7,"1822 ſin Æ* ſin ☊☾) tang. decl. *

vel

2) — 16,"54414 ſin long. ☊☾ + [8,"41507 ſin (Æ* — ☊☾ — 3ˢ) +
+ 1,"23293 ſin (Æ* + ☊☾ — 3ˢ] tang. decl. *

Pars prima formulae — 16,"54414 ſin ☊☾ omnibus fixis conſtanter communis in tabula IV, pars ſecunda variabilis in tabula II, pars tertia vero in tabula III exhibetur.

Jam cum quantitates hae duae poſtremae per tangentem declinationis multiplicandae ſint: eodem artificio, quo ſaepenumero uſi ſumus, multiplicatio haec vitari poteſt, ponendo nempe $\frac{\text{tang. decl.}}{10}$ = coſ. α, ideoque tang. declin. = 10 coſ. α (pag. 29). Quo poſito, formula noſtra pro nutatione in aſcenſionem rectam abit in hanc:

— 165,"4414 ſin long. ☊☾ — 84,"1507 coſ (Æ* — ☊☾) coſ α —
— 12,"3293 coſ (Æ* + ☊☾) coſ. α.

Evolvendo producta coſinuum, et ſubſtituendo in membro primo ☊☾ + 3ˢ loco ☊☾, erit nutatio in aſcenſionem rectam:

+ 16,"54414 coſ (☊☾ + 3ˢ)
— 42,"0754 coſ (Æ* ☊☾ — α) — 42,"0754 coſ (Æ* — ☊☾ + α)
— 6,"1647 coſ (Æ* + ☊☾ + α) — 6,"1647 coſ (Æ* + ☊☾ — α)

*) Berliner aſtronom. Jahrbuch, 1776, pag. 108.

Supputatae ſunt per has formulas tabulae noſtrae V, VI et VII, et ad vitandum ſignum algebraicum negativum, quantitates hae cunctae redditae ſunt poſitivae, addendo nimirum quantitatem conſtantem 200". Cum vero tabularum harum uſus pro quovis nutationis calculo quinquies redeat, a ſumma quantitatum excerptarum, $5 \times 200" = 1000"$ detrahenda ſunt, vel complementum ad 1000" ſumendum, ſi ſubtractio locum habere non poteſt; in quo caſu quantitas nutationis negativa evadit.

Pro declinationibus majoribus tang. decl. = 10 cof α locum habere non poteſt; ſumendum ergo eſt: tang. decl. = 100 cof. β, in quo caſu formula noſtra erit:

$+ 16,"54414 \cos(\Omega\mathbb{C} + 3^s)$
$- 420,"754 \cos(\text{Æ}* - \Omega\mathbb{C} - \beta) - 420,"754 \cos(\text{Æ}* - \Omega\mathbb{C} + \beta)$
$- 61,"647 \cos(\text{Æ}* + \Omega\mathbb{C} + \beta) - 61,"647 \cos(\text{Æ}* + \Omega\mathbb{C} + \beta)$

Quantitates ergo e tabulis V et VI excerptae per 10 multiplicandae ſunt, et cum illis tabulis, ad reddendas quantitates poſitivas, adjecti ſint numeri conſtantes 2000", ſed tabulae VII tantummodo 200" acceſſerint, quia angulum β non involvit, ſumma omnium conſtantium in fine applicandorum erit $4 \times 2000" + 200" = 8200"$.

Pro declinatione fixae auſtrali tangens declinationis fit negativa, ideoque pars variabilis mutat ſignum, vel, quod eodem redit, argumentis addenda ſunt VI ſigna.

Nutationis in declinationem effectum ſequens exprimit formula:

$$+ 8,"41507 \sin(\text{Æ}* - \Omega\mathbb{C}) + 1,"23293 \sin(\text{Æ}* + \Omega\mathbb{C}).$$

Ex quo vel primo intuitu apparet, ambas formulas per easdem exhiberi poſſe tabulas II et III, quae pro parte variabili nutationis in aſcenſionem rectam ſupputatae fuere. Poſſunt etiam harum tabularum quantitates, tum poſitivae tum negativae, perpetuo in poſitivas verti, adjecto utrinque numero conſtante 10"; adeoque a ſumma algebraica quantitatum, ex tabulis ita confectis depromtarum, ſemper 20" auferenda; vel ſi hoc fieri nequit, eadem a 20" ſubtrahenda eſt. In hujus calculi commodum tabulae VIII et IX conſtructae ſunt.

Reſtat, ut de ſecunda quadam nutationis parte mentionem faciamus, quae ab actione ſolis in aequatorem terreſtrem pendet, et cujus effectus in longitudinem eſt = 1,"12198 ſin (2 long. ☉). Aequationis hujus ſtructura ſatis ſuperque demonſtrat, omnia ſidera, omninoque omnia corpora coeleſtia ſine diſcrimine per hanc nutationis quantitatem conſtanter eodem prorſus affici modo. In pleriſque itaque

obſervationibus et calculis tuto et ſine erroris periculo haec omitti poterit. Nam cum in determinandis, exempli gratia, planetarum locis, planetae perpetim cum fixis comparentur, aequatiuncula haec tum planetis, tum fixis applicanda eſt. Differentia ergo, quae inter fixae et planetae poſitionem intercedit, eadem ſemper manet, ſive aequatiunculam hanc adhibueris, ſive illam omiſeris. In hoc tantummodo caſu haec nutationis pars praetermittenda non erit, ſi motum apparentem fixae, dato temporis intervallo, noſſe oportet, quod tunc evenire poteſt, ſi verbi gratia, methodo Flamſteediana, aſcenſio recta fixae, bis anno, ex duabus cum ſole comparationibus determinanda foret. Cum omnis quantitas actionis ſolis in longitudinem (1,"12198) pars $\frac{1}{16.074}$ = 0,06221 actionis lunae in eandem longitudinem (18,"03584) ſit; ex ingenio ſupponi poterit, actionem hanc in aſcenſionem rectam et in declinationem, eandem ſervaturam eſſe rationem. Sed cum omnis ratiocinatio per analogiam facile paralogismum involvere, et in errorem inducere poſſit: praeſtat naturam hujus quaeſtionis penitus inſpicere.

Hanc materiem jamdudum ſolita ſua perſpicacitate et elegantia perſcrutatus eſt Cl. *EVLERVS* in *novis Commentariis Petropolitanis* ad annum 1768*). Applicando doctiſſimae analyſi ſummi hujus geometrae numeros noſtros ſupra traditos de lunae maſſa, et nutationis abſoluta quantitate, obtinemus pro variatione periodica obliquitatis eclipticae ex nutationis effectu orta:

$$+ 9,''6480 \text{ coſ. long. } \Omega☾ + 0,''6002 \text{ coſ. } (2 \text{ long. } \odot) + 0,''0362 \text{ coſ } (2 \text{ long. } ☾) + \\ + 0,''0193 \text{ coſ } (2 \text{ long. } ☾ + \Omega☾)$$

et eundem effectum in puncta aequinoctialia:

$$18,''03584 \text{ ſin } \Omega☾ - 1,''12198 \text{ ſin } (2 \text{ long. } \odot) - 0,''1007 \text{ ſin } (2 \text{ long. } ☾)$$

Partes, quae in formulis his a longitudine lunae pendent, adeo ſunt minutae, ut manifeſto negligi poſſint; omnis quaeſtio itaque eo redit, quasnam aſcenſio recta et declinatio fixae ſubiturae ſint mutationes, ſi obliquitas eclipticae quantitate + 0,"6002 coſ (2 long. ⊙) et longitudo fixae quantitate — 1,"12198 ſin (2 long. ⊙) immutantur?

Sit itaque aſcenſio recta fixae = Æ, declinatio = D, longitudo = L, latitudo = λ ſemper conſtans, obliquitas eclipticae = ε. Erit:

1) $d\,AR \text{ tang } AR + d\,D \text{ tang } D = d\,L. \text{ tang } L.$

2) $d\,D = d\,\varepsilon \text{ ſin } AR + d\,L. \text{ ſin } \varepsilon \text{ coſ } AR.$

Ponendo coſÆ tang L cotang. D = ſin ε + coſ ε ſin Æ cotang D habemus:

3) $d\,AR = [d\,L. \text{ ſin } \varepsilon \text{ ſin } AR - d\,\varepsilon \text{ coſ } AR] \text{ tang } D + d\,L \text{ coſ } \varepsilon.$

*) Inveſtigatio accuratior phaenomenorum, quae in motu terrae diurno a viribus coeleſtibus produci poſſunt. Tom. XIII, pag. 202.

Eſt vero $d\varepsilon = + 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot)$

et $dL = - 1,''12198 \sin (2 \text{ long.} \odot)$ ergo hinc:

$dD = 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot) \cos AR - 1,''12198 \sin (2 \text{ long.} \odot) \sin \varepsilon \cos AR.$

vel $dD = 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot) \cos AR - 0,''4468 \sin (2 \text{ long.} \odot) \cos AR$

et

$$dAR = [-1,''12198 \sin \varepsilon \sin (2 \text{long.} \odot) \sin AR - 0,''6002 \cos (2 \text{long.} \odot) \cos AR] \operatorname{tang} D - \\ - 1,''12198 \cos \varepsilon \sin (2 \text{ long.} \odot)$$

vel

$$dAR = [-0,''4468 \sin (2 \text{ long.} \odot) \sin AR + 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot)] \operatorname{tang} D - \\ - 1,''0292 \sin (2 \text{ long.} \odot)$$

Si formulas has cum illis pro actione lunae ſupra traditis comparaveris, vel primo intuitu illarum identitatem conſpicies, ſi duntaxat longitudinis nodi lunae loco poſueris (2 long. ☉). Coefficientes tunc reſpondentes ita ſe habebunt:

$$\frac{1,''0292}{16,''54414} = 0,''06221$$

$$\frac{0,''4468}{7,''18215} = 0,''06221$$

$$\frac{0,''6002}{9,''6480} = 0,''06221$$

ut ſupra pro longitudine invenimus.

Porro hae formulae indicant

1) pro differentia 30 graduum in aſcenſione recta, ſi declinatio $= 30°$, variationem vix $0,''1$ attingere;

2) partem hanc ſecundam nutationis, in longitudine, in aſcenſione recta et in declinatione, ex parte prima hujus nutationis expedite et nullo fere negotio derivari poſſe per ſequentem regulam:

Pro argumento ſume loco long. ☊ ☾ duplicatam longitudinem ſolis; ingredere cum hoc argumento tabulas, ſive generales, ſive ſpeciales, quantitates primae nutationis partis exhibentes; numerum reſpondentem multiplica per 0,0622, et habebis ſecundam nutationis partem, a ſolis actione provenientem, pro tabularum ſignis applicandam; pro longitudinibus vero nutationis partem ſecundam ſequens exhibet tabula.

Argumentum: longitudo ☉				Pars II nutat. in long.	Argumentum: longitudo ☉			
—	—	+	+		—	—	+	+
0ˢ	VIˢ 0°	IIIˢ	IXˢ	0,''000	IIIˢ	IXˢ 0°	VIˢ	XIIˢ
	5			0, 195		25		
	10			0, 384		20		
	15			0, 561		15		
	20			0, 721		10		
	25			0, 860		5		
I	VII 0	IV	X	0, 972	II	VIII 0	V	XI
	5			1, 054		25		
	10			1, 105		20		
I	VII 15	IV	X	1, 122	I	VII 15	IV	X

En jam tabulas has, illarumque uſum.

NVTATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA I.

Pro nutatione in longitudinem.

PARS I.

Argumentum: longitudo nodi ascendentis lunae.

Grad.	0s 6s — +	Diff.	1s 7s — +	Diff.	2s 8s — +	Diff.	
0	0,"000	0,"315	9,"018	0,"271	15,"619	0,"155	30
1	0, 315	0, 314	9, 289	0, 269	15, 774	0, 151	29
2	0, 629	0, 315	9, 558	0, 265	15, 925	0, 145	28
3	0, 944	0, 314	10, 823	0, 262	16, 070	0, 140	27
4	1, 258	0, 314	10, 085	0, 259	16, 210	0, 136	26
5	1, 572	0, 313	10, 344	0, 257	16, 346	0, 130	25
6	1, 885	0, 313	10, 601	0, 253	16, 476	0, 126	24
7	2, 198	0, 312	10, 854	0, 250	16, 602	0, 120	23
8	2, 510	0, 311	11, 104	0, 246	16, 722	0, 116	22
9	2, 821	0, 311	11, 350	0, 243	16, 838	0, 110	21
10	3, 132	0, 309	11, 593	0, 239	16, 948	0, 105	20
11	3, 441	0, 309	11, 832	0, 236	17, 053	0, 100	19
12	3, 750	0, 307	12, 068	0, 232	17, 153	0, 095	18
13	4, 057	0, 306	12, 300	0, 228	17, 248	0, 089	17
14	4, 363	0, 305	12, 528	0, 225	17, 337	0, 084	16
15	4, 668	0, 303	12, 753	0, 221	17, 421	0, 079	15
16	4, 971	0, 302	12, 974	0, 217	17, 500	0, 074	14
17	5, 273	0, 300	13, 191	0, 212	17, 574	0, 068	13
18	5, 573	0, 299	13, 403	0, 208	17, 642	0, 062	12
19	5, 872	0, 297	13, 611	0, 205	17, 704	0, 058	11
20	6, 169	0, 295	13, 816	0, 200	17, 762	0, 052	10
21	6, 464	0, 292	14, 016	0, 196	17, 814	0, 046	9
22	6, 756	0, 291	14, 212	0, 192	17, 860	0, 041	8
23	7, 047	0, 289	14, 404	0, 187	17, 901	0, 036	7
24	7, 336	0, 286	14, 591	0, 183	17, 937	0, 030	6
25	7, 622	0, 284	14, 774	0, 178	17, 967	0, 025	5
26	7, 906	0, 282	14, 952	0, 174	17, 992	0, 019	4
27	8, 188	0, 279	15, 126	0, 169	18, 011	0, 014	3
28	8, 467	0, 277	15, 295	0, 165	18, 025	0, 008	2
29	8, 744	0, 274	15, 460	0, 159	18, 033	0, 001	1
30	9, 018		15, 619		18, 034		0
	+ —	Diff.	+ —	Diff.	+ —	Diff.	Grad.
	11s 5s		10s 4s		9s 3s		

Eſt vero $d\,s = + 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot)$

et $d\,L = - 1,''12198 \sin (2 \text{ long.} \odot)$ ergo hinc:

$d\,D = 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot) \cos AR - 1,''12198 \sin (2 \text{ long.} \odot) \sin s \cos AR$

vel $d\,D = 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot) \cos AR - 0,''4468 \sin (2 \text{ long.} \odot) \cos AR$

et

$$d\,AR = [- 1,''12198 \sin s \sin (2 \text{long.} \odot) \sin AR - 0,''6002 \cos (2 \text{long.} \odot) \cos AR] \operatorname{tang} D - \\ - 1,''12198 \cos s \sin (2 \text{ long.} \odot)$$

vel

$$d\,AR = [- 0,''4468 \sin (2 \text{ long.} \odot) \sin AR + 0,''6002 \cos (2 \text{ long.} \odot)] \operatorname{tang} D - \\ - 1,''0292 \sin (2 \text{ long.} \odot)$$

Si formulas has cum illis pro actione lunae ſupra traditis comparaveris, vel primo intuitu illarum identitatem conſpicies, ſi duntaxat longitudinis nodi lunae loco poſueris (2 long. ☉). Coefficientes tunc reſpondentes ita ſe habebunt:

$$\frac{1,''0292}{16,''54414} = 0,''06221$$

$$\frac{0,''4468}{7,''18215} = 0,''06221$$

$$\frac{0,''6002}{9,''6480} = 0,''06221$$

ut ſupra pro longitudine invenimus.

Porro hae formulae indicant

1) pro differentia 30 graduum in aſcenſione recta, ſi declinatio $= 30°$, variationem vix $0,''1$ attingere;

2) partem hanc ſecundam nutationis, in longitudine, in aſcenſione recta et in declinatione, ex parte prima hujus nutationis expedite et nullo fere negotio derivari poſſe per ſequentem regulam:

Pro argumento ſume loco long. ☊ ☾ duplicatam longitudinem ſolis; ingredere cum hoc argumento tabulas, ſive generales, ſive ſpeciales, quantitates primae nutationis partis exhibentes; numerum reſpondentem multiplica per 0,0622, et habebis ſecundam nutationis partem, a ſolis actione provenientem, pro tabularum ſignis applicandam; pro longitudinibus vero nutationis partem ſecundam ſequens exhibet tabula.

Argumentum: longitudo ☉				Pars II nutat. in long.	Argumentum: longitudo ☉			
—	—	+	+		—	—	+	+
0ˢ	VIˢ	0°	IIIˢ	IXˢ	0,''000	IIIˢ	IXˢ	0°	VIˢ	XIIˢ
		5			0, 195			25		
		10			0, 384			20		
		15			0, 561			15		
		20			0, 721			10		
		25			0, 860			5		
I	VII	0	IV	X	0, 972	II	VIII	0	V	XI
		5			1, 054			25		
		10			1, 105			20		
I	VII	15	IV	X	1, 122	I	VII	15	IV	X

En jam tabulas has, illarumque uſum.

NVTATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA I.

Pro nutatione in longitudinem.

PARS I.

Argumentum: longitudo nodi ascendentis lunae.

Grad.	0s 6s — +	Diff.	1s 7s — +	Diff.	2s 8s — +	Diff.	
0	0,"000	0,"315	9,"018	0,"271	15,"619	0,"155	30
1	0, 315	0, 314	9, 289	0, 269	15, 774	0, 151	29
2	0, 629	0, 315	9, 558	0, 265	15, 925	0, 145	28
3	0, 944	0, 314	10, 823	0, 262	16, 070	0, 140	27
4	1, 258	0, 314	10, 085	0, 259	16, 210	0, 136	26
5	1, 572	0, 313	10, 344	0, 257	16, 346	0, 130	25
6	1, 885	0, 313	10, 601	0, 253	16, 476	0, 126	24
7	2, 198	0, 312	10, 854	0, 250	16, 602	0, 120	23
8	2, 510	0, 311	11, 104	0, 246	16, 722	0, 116	22
9	2, 821	0, 311	11, 350	0, 243	16, 838	0, 110	21
10	3, 132	0, 309	11, 593	0, 239	16, 948	0, 105	20
11	3, 441	0, 309	11, 832	0, 236	17, 053	0, 100	19
12	3, 750	0, 307	12, 068	0, 232	17, 153	0, 095	18
13	4, 057	0, 306	12, 300	0, 228	17, 248	0, 089	17
14	4, 363	0, 305	12, 528	0, 225	17, 337	0, 084	16
15	4, 668	0, 303	12, 753	0, 221	17, 421	0, 079	15
16	4, 971	0, 302	12, 974	0, 217	17, 500	0, 074	14
17	5, 273	0, 300	13, 191	0, 212	17, 574	0, 068	13
18	5, 573	0, 299	13, 403	0, 208	17, 642	0, 062	12
19	5, 872	0, 297	13, 611	0, 205	17, 704	0, 058	11
20	6, 169	0, 295	13, 816	0, 200	17, 762	0, 052	10
21	6, 464	0, 292	14, 016	0, 196	17, 814	0, 046	9
22	6, 756	0, 291	14, 212	0, 192	17, 860	0, 041	8
23	7, 047	0, 289	14, 404	0, 187	17, 901	0, 036	7
24	7, 336	0, 286	14, 591	0, 183	17, 937	0, 030	6
25	7, 622	0, 284	14, 774	0, 178	17, 967	0, 025	5
26	7, 906	0, 282	14, 952	0, 174	17, 992	0, 019	4
27	8, 188	0, 279	15, 126	0, 169	18, 011	0, 014	3
28	8, 467	0, 277	15, 295	0, 165	18, 025	0, 008	2
29	8, 744	0, 274	15, 460	0, 159	18, 033	0, 001	1
30	9, 018		15, 619		18, 034		0
	+ —	Diff.	+ —	Diff.	+ —	Diff.	Grad.
	11s 5s		10s 4s		9s 3s		

NVTATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA II.

Argumentum pro nutatione in declinationem:

(☊ ☀ — long. ☊ ☾)

Argumentum pro nutatione in aſcenſionem rectam:

(☊ ☀ — long. ☊ ☾ — III ſigna.)

Si declinatio auſtralis, argumentis VI ſigna adde.

Grad.	0ˢ 6ˢ + —	Diff.	1ˢ 7ˢ +	Diff.	2ˢ 8ˢ + —	Diff.	
0	0,"000	0,"147	4,"208	0,"126	7,"288	0,"072	30
1	0, 147	0, 147	4, 334	0, 126	7, 360	0, 070	29
2	0, 294	0, 146	4, 459	0, 124	7, 430	0, 068	28
3	0, 440	0, 147	4, 583	0, 123	7, 498	0, 065	27
4	0, 587	0, 146	4, 706	0, 121	7, 563	0, 064	26
5	0, 733	0, 147	4, 827	0, 119	7, 627	0, 061	25
6	0, 880	0, 146	4, 946	0, 118	7, 688	0, 058	24
7	1, 026	0, 145	5, 064	0, 117	7, 746	0, 056	23
8	1, 171	0, 145	5, 181	0, 115	7, 802	0, 054	22
9	1, 316	0, 145	5, 296	0, 113	7, 856	0, 052	21
10	1, 461	0, 145	5, 409	0, 112	7, 908	0, 049	20
11	1, 606	0, 144	5, 521	0, 110	7, 957	0, 046	19
12	1, 750	0, 143	5, 631	0, 108	8, 003	0, 044	18
13	1, 893	0, 143	5, 739	0, 107	8, 047	0, 042	17
14	2, 036	0, 142	5, 846	0, 105	8, 089	0, 039	16
15	2, 178	0, 142	5, 951	0, 102	8, 128	0, 037	15
16	2, 320	0, 140	6, 053	0, 101	8, 165	0, 034	14
17	2, 460	0, 140	6, 154	0, 100	8, 199	0, 032	13
18	2, 600	0, 140	6, 254	0, 097	8, 231	0, 029	12
19	2, 740	0, 138	6, 351	0, 095	8, 260	0, 027	11
20	2, 878	0, 138	6, 446	0, 094	8, 287	0, 025	10
21	3, 016	0, 136	6, 540	0, 091	8, 312	0, 021	9
22	3, 152	0, 136	6, 631	0, 090	8, 333	0, 019	8
23	3, 288	0, 135	6, 721	0, 087	8, 352	0, 017	7
24	3, 423	0, 133	6, 808	0, 085	8, 369	0, 014	6
25	3, 556	0, 133	6, 893	0, 083	8, 383	0, 012	5
26	3, 689	0, 131	6, 976	0, 082	8, 395	0, 009	4
27	3, 820	0, 131	7, 058	0, 079	8, 404	0, 006	3
28	3, 951	0, 129	7, 137	0, 076	8, 410	0, 004	2
29	4, 080	0, 128	7, 213	0, 075	8, 414	0, 001	1
30	4, 208		7, 288		8, 415		0
	— + 11ˢ 5ˢ	Diff.	— + 10ˢ 4ˢ	Diff.	— + 9ˢ 3ˢ	Diff.	Grad.

NVTATIONIS TABVLAE VNIVERSALES.

TABVLA III.

Argumentum pro nutatione in declinationem:

(☊ * + long. ☊☾)

Argumentum pro nutatione in aſcenſionem rectam:

(☊ * + long. ☊☾ — III ſigna.)

Si declinatio auſtralis, argumentis VI ſigna adde.

Grad.	0ˢ 6ˢ + —	Diff.	1ˢ 7ˢ + —	Diff.	2ˢ 8ˢ + —	Diff.	
0	0,"000	0,"022	0,"617	0,"018	1,"068	0,"010	30
1	0, 022	0, 021	0, 635	0, 018	1, 078	0, 011	29
2	0, 043	0, 022	0, 653	0, 018	1, 089	0, 010	28
3	0, 065	0, 021	0, 671	0, 018	1, 099	0, 009	27
4	0, 086	0, 021	0, 689	0, 018	1, 108	0, 009	26
5	0, 107	0, 022	0, 707	0, 018	1, 117	0, 009	25
Signum +, ſi culminatio primum ſupra aequatorem obſervata fuerit, ſignum —, ſi infra.

In genere, ſi horologii motus non perpendatur, erit

$$z = \frac{(T-t)-(T'-t')}{\cos L\,(\operatorname{tang}\delta - \operatorname{tang} D)} = \frac{(T-t)-(T'-t')}{\cos. L} \times \frac{\cos\delta \cos D}{\sin(\delta - D)}.$$

Exempli gratia: eodem die quo ſupra, 11 Januarii 1790, obſervata eſt culminatio *Capellae* ſub polo $17^h\ 1'\ 15,''631$. Erit itaque

Culminatio *Capellae* ſupra polum	$= t =$	5^h	$1'\ 32,''058$
$+ \frac{1}{2}$ R.	$+$	12	
$\frac{1}{2}$ R $+ t$		17^h	$1'\ 32,''058$
Culminatio *Capellae* infra polum	$= t' =$	17	1 15, 631
$\frac{1}{2}$ R $+ t - t'$	$+$		$16,''427$

Per tabulam eſt $n = + 0{,}129$

— — $n' = + 1{,}424$

$(n'-n) = + 1{,}295$

Ergo deviatio orientalis $z = \frac{+ 16,''427}{+ 1,295} = + 12,''685$ ut ſupra.

Vel per formulam generalem:

$$z = \frac{\frac{1}{2}R+t-t'}{\cos L} \overline{\cos D^2}$$

Log. $\frac{1}{2}$ R $+ t - t'$	$= 16,''427 =$	1,2155583
Log. $\overline{\cos D^2}$	$=$	9,6872166
C.A. Log. cos L	$=$	0,2005257
Log. z	$= 1{,}1033006 =$	$+ 12,''685$, eadem deviatio, quae ſupra.

Haec poſterior methodus priori hactenus eſt praeferenda, quod a ſola pendet obſervatione, et nullis eget ſiderum poſitionibus, ſed contra praeſupponit, inſtrumentum et horologium per duodecim horarum intervallum nullam pati variationem, de qua re difficile eſt vadimonium praeſtare. Methodus vero prior non ideo ſolum praeferenda eſt, quia non ab abſoluta aſcenſione recta fixarum, ſed ab illarum tantummodo differentia pendet, quam ex recentioribus catalogis

gis noſtris maxima cum certitudine aſſumere licet, verum etiam, quod in pauculorum minutorum intervallo poſitio inſtrumenti explorari poteſt, obſervando ſcilicet duarum fixarum tranſitus parum in aſcenſione recta et plurimum in declinatione diſſitarum, quales v. g. ſunt fixae *Capella* et *Rigel*; vel *Capella ſub polo* et *α Herculis*; *α Capricorni* et *α Cygni*; *Fomahand* et *α Pegaſi* vel *α Andromedae* etc.

Exemplum II.

Anno 1790 die 12 Januarii habitae ſunt in ſpecula aſtronomica *Erneſtina* obſervationes ad tubum culminatorium, qui nec in plano horizontis, nec in plano meridiani conſtitutus erat. Axis inſtrumenti 4,″5 inclinatus erat, et fixarum culminationes ad horologium, ad tempus ſidereum exacte ordinatum, ſequentes inveniebantur

Culminatio *Capellae* = 5^h 1′ 18,″219
Rigel = 5 4 9, 652

Correctiones itaque propter inſtrumentum inclinatum erunt:

pro *Capella* m J = 1,428 × 4,″5 = 6,″426
pro *Rigel* m′J = 0,515 × 4, 5 = 2,″318

Adeoque

Culmin. *Capellae* obſerv.	=	5^h 1′ 18,″219	*Ri*		^{h} 4′	9,″652
Correctio pro inclinatione	=	— 6, 426	. . .		—	2, 318
Culminatio vera		5^h 1′ 11,″793 = t	. . .		5^h 4′	7,″334 = t′
ΔR. appar. calculata		5 1 14, 993 = T	. . .		5 4	29, 068 = T′
(T − t)	=	+ 3,″200	(T′ − t′)	=	+	21,″734
			(T − t)	=	+	3, 200
			(T′ − t′) − (T − t)	=	+	18,″534

Ex tabula pro *Capella* n = + 0,129
— — — *Rigel* n′ = + 0,870
(n — n′) = + 0,741

Ergo deviatio $z = \frac{+ 18,″534}{+ 0,741} = +$ 25,″012 ad ortum.

Si duarum fixarum loco, unica tantummodo circumpolari ſupra et infra polum culminante utamur, calculus ſequenti abſolvitur modo. Eodem die et loco, quo ſupra, culminatio *Capellae* infra polum obſervata eſt: 17^h 0′ 38,″650, vel demta ſemi-revolutione fixarum $\frac{1}{2}$ R = 5^h 0′ 38,″650. Erit itaque correctio pro axis inclinatione:

pro culminatione infra polum = m′J = — 0,167 × 4,″5 = 0,″752.

Hinc calculus pro deviatione z:

Culm. *Capellae* ſupra polum $= 5^h\ 1'\ 18,''219$ infra polum $= 17^h\ 0'\ 38,''650$
Correctio . . . . . $-\ 6,426$ . . . . . $+\ .\ .\ 0,752$
Culminatio vera $= t + \frac{1}{2}R\ 17^h\ 1'\ 11,''793$ . . . . . $17^h\ 0'\ 39,''402 = t'$
— — — t' . . . $17\ 0\ 39,402$
$\frac{1}{2}R + t - t'$ . . $+\ 32,''391$

Per tabulam eſt $n = +\ 0,129$
— — — $n' = +\ 1,424$
$(n - n') = +\ 1,295$

Itaque deviatio orientalis $z = \frac{+\ 32,''391}{+\ 1,295} = +\ 25,''013$ ut ſupra.

Accidit nonnunquam, ut inclinatio axis per cochleam micrometricam libellae metiri non poſſit, ſed ex ipſis primum obſervationibus derivanda ſit. Poterit tunc inclinatio haec ex culminatione *cujusdam* fixae in ipſo vertice, vel ex culminatione duarum fixarum, altitudine diſſitarum, per ſequentes explorari formulas.

Sit $(T' - t')$ tang $D = \alpha$ et $(T - t)$ tang $D' = \beta$.

Erit 1) $\frac{\alpha - \beta}{(T' - t') - (T - t)} = \text{tang}\ \lambda$

Fiat 2) $\psi = (L - \lambda)$

Erit inclinatio

$$3)\ \frac{(T' - t') - (T - t)}{\text{coſ}\ \lambda\ (\text{tang}\ D - \text{tang}\ D')} \times \text{ſin}\ \psi = J$$

Eadem haec formula praebet quoque deviationem inſtrumenti, ponendo tantummodo *coſ.* ψ loco *ſin.* ψ. Erit enim deviatio

$$4)\ \frac{(T' - t') - (T - t)}{\text{coſ}\ \lambda\ (\text{tang}\ D - \text{tang}\ D')} \times \text{coſ}\ \psi = z$$

Formulae hae ſupponunt utrasque declinationes boreales; ſi una vero auſtralis eſt, ipſius tangens negativa ſumenda, et ſignum membri, in quo declinatio haec auſtralis occurrit, mutandum eſt. Signa algebraica, quae quantitatibus J et z remanent, indicant, in quamnam partem vergant *inclinatio* et *deviatio*. Valores poſitivi denotant, axem orientalem inſtrumenti ſupra horizontis planum attolli, et ad ortum deflectere; contra vero valores negativi, axem occidentalem ſupra horizontem aſſurgere, et inſtrumentum ad occaſum deviare.

Exemplum III.

Ponamus, in exemplo ſupra allato pag. 153 inclinationem ibidem datam non eſſe cognitam; poterit per formulas traditas ſequenti modo ſupputari.

Culmin. obſerv. *Capellae*	$= 5^h\ 1'\ 18,''219 = t$	*Rigel*	$= 5^h\ 4'\ 9,''652 = t'$
AR. appar. calculata	$5\ 1\ 14,993 = T$		$5\ 4\ 29,068 = T'$
	$(T-t) = -\ 3,''226$		$(T'-t') = +\ 19,''416$
			$(T-t) = -\ 3,226$
			$(T'-t') - (T-t) = +\ 22,''642$

Declinatio *Capellae* $= D = 45°\ 45'\ 54,''0$ bor.
— — *Rigel* $= D' = 8\ 27\ 29,0$ auſtr.

$\text{Log.}(T'-t') = +19,''416$	$= 1,2881598$	$\text{Log.}(T-t) = -\ 3,''226$	$= 0,5086644-$
$\text{Log. tang. } D \ldots\ldots$	$= 0,0115986$	$\text{Log. tang. } D' \ldots$	$= 9,1723187-$
$\text{Log. } \alpha \ldots\ldots$	$= 1,2997584$	$\text{Log. } \beta \ldots\ldots$	$= 9,6809831$
$\alpha = +\ 19,''942$		$\beta = +\ 0,''480$	
$\beta = +\ 0,480$			
$\alpha - \beta = +\ 19,''462$			

$\text{Log. } \alpha - \beta = +\ 19,''462 = 1,2891875$
$\text{Log. } (T'-t') - (T-t) = +\ 22,642 = 1,3549148$

$\text{Log. tang. } \lambda = 9,9342727 = 40°\ 40'\ 50,''9 = \lambda$
$50\ 56\ 8 = L$
$10°\ 15'\ 17,''1 = \psi$

$\text{Tang. } D = +\ 1,027$
$\text{Tang. } D' = -\ 0,149$

$\text{Tang } D - \text{tang } D' = +\ 1,176$	Log.	$=$	$0,0704073$
	$\text{Log. cof. } \lambda$	$=$	$9,8798713$
			$9,9502786$
	Compl. arithm.	$=$	$0,0497214$
$\text{Log.}(T'-t')-(T-t) = +\ 22,''642$		$=$	$1,3549148$
			$1,4046362$
	$\text{Log. ſin } \psi$	$=$	$9,2504813$
	$\text{Log. } J$	$=$	$0,6551175$
	Inclinatio J	$= +\ 4,''520$	

$\ldots\ldots\ 1,4046362$
$\text{Log. cof. } \psi = 9,9930066$
$\text{Log. } z = 1,3976428$
Deviatio $z = +\ 24,''983$

Si ejusdem ſtellae circumpolaris culminatio ſupra et infra polum obſervatur, formulae ſimpliciorem induunt formam. Erunt ſcilicet:

1) $\text{Tang. } \lambda = \dfrac{(T-t) - \frac{1}{5}(t'-t)}{\frac{4}{5}(t'-t)}\ \text{tang. } D$

2) $\psi = (L-\lambda)$

3) $J = \dfrac{\frac{1}{2}(t'-t)}{\text{cof } \lambda}\ \text{cotang } D\ \text{ſin } \psi$

4) $z = \dfrac{\frac{1}{2}(t'-t)}{\text{cof } \lambda}\ \text{cotang } D\ \text{cof } \psi.$

In exemplo ſupra pag. 153 erat culminatio *Capellae* ſupra polum $5^h\ 1'\ 18,''219 = t$, infra polum $17^h\ 0'\ 38,''650 = t'$, aſcenſio recta apparens calculata $5^h\ 1'\ 14,''993$.

Culmin. *Capellae* ſupra pol.	= 5h	1′	18.″219 = t	infra pol. = 5h	0′	38.″650 = t′
AR. appar. calculata . . .	= 5	1	14. 993 = T	 5	1	18. 219 = t
(T − t)	=	−	3.″226	(t′ − t)	=	−	39. 569
				½ (t′ − t)	=	−	19. 785
				(T − t)	=	−	3. 226
				(T − t) − ½ (t′ − t)	=	−	16.″559

Log. (T − t) − ½ (t′ − t) = − 16.″559 = 1,2190341
Log. tang. D . . . . . = 0,0115986
1,2306327
Log. ½ (t′ − t) = − 19.″785 . . . = 1,2963361
Log. tang. λ . . . . . = 9,9342966 = 40° 40′ 56.″5 = λ
50 56 8 = L
10° 15′ 11.″5 = ψ

Log. ½ (t′ − t) = − 19.″785 = 1,2963361
Log. cotang D . . . . = 9,9884014
Log. C. A. cof. λ . . . = 0,1201389
1,4048764 1,4048764
Log. ſin ψ = 9,2504161 Log. cof. ψ = 9,9930087
Log. J = 0,6552925 Log. z = 1,3978851

Inclinatio J = + 4.″522 Deviatio orientalis z = + 24.″997.

Stellarum poſitiones recentiores tam exquiſita jam gaudent accuratione, ut methodum, nunc traditae affinem, ad majorem quam ad triginta ſex fixarum numerum extendere, et in uſum *inveſtigandae* deviationis tubi culminatorii, tum commodiorem, tum generaliorem adhibere poſſimus.

Cum, ut ſupra oſtendimus, in determinanda talis inſtrumenti deviatione a plano meridiani, tantummodo neceſſe ſit, *differentiam*, non *ipſas* aſcenſiones rectas *apparentes* fixarum obſervatarum noſſe; poteſt illa compendio breviori inveniri, ſi ad hunc finem eligantur ſtellae ejusdem declinationis, ſed denominationis oppoſitae, hoc eſt, una borealis, auſtralis altera, quarum tamen aſcenſiones rectae parum inter ſe diſſident. In hoc caſu, ut pag. 85 et 142 jam ſignificavimus, aberrationis et nutationis quantitates prorſus eaedem ſunt, adeoque differentiae horum effectuum plane evaneſcunt, eorumque calculus omnino praeteriri, atque differentia *media* tuto et ſemper pro *apparenti* haberi poteſt. Congeſſimus ad hunc ſcopum pag. XXV ex catalogo majori Cl. *PIAZZI* ſtellarum quarumdam poſitiones medias proprietate hac gaudentes, hoc eſt, ejusdem prope declinationis, denominationis oppoſitae, ejusdemque fere aſcenſionis rectae. Sed ſi in fixarum harum delectu legi huic non adeo ſcrupuloſe adhaeſimus, et tum in aſcenſione recta, tum in declinatione, majorem, quam par eſſe videtur, admiſimus differentiam, id de induſtria factum eſt, tum ut majorem ſtellarum hujus naturae nanciſceremur numerum, tum

quia nobis perſpectum erat, errores, qui exinde oriri poſſunt, rariſſime imo vero nunquam ultra o,"2 minuti ſecundi temporis aſſurgere. At quisnam, quaeſo, aſtronomorum de hac quantitate tum in obſervatione, tum in aſcenſione recta ſtellae adhibitae vadimonium faciet? Ad confirmandam hanc aſſertionem faciamus periculum in exemplo minime favente, et ſit ſupputanda differentia aſcenſionum rectarum tum mediarum, tum apparentium fixarum α Leporis et ζ Tauri, quarum declinationes, auſtralis una, borealis altera 3 gradibus differunt. Erit ſecundum catalogum pag. XXV relatum:

AR. med. pro 7 Sept. 1800	α Leporis	= 5h 23' 56,"194	ζ Tauri	= 5h 25' 43,"848
Aberratio		= — 0, 166	. . . . .	0, 179
Nutatio		= — 0, 459	. . . . .	0, 474
AR. appar. pro 7 Sept. 1800 . . .		= 5h 23' 55,"569	. . . .	5h 25' 43,"195

Differ. AR. app. = 1' 47,"626

Omiſſis vero nunc aberrationum et nutationum effectibus, *differentia* haec *media* foret = 1' 47,"654, itaque ab *apparenti* vix diverſa.

Ad tubi meridiani veram poſitionem et rectificationem plura minutiſſima animadvertenda eſſe, donec ad obſervationes inſtituendas ex omni parte idoneum reddatur inſtrumentum, neminem aſtronomorum fugit.

Inter haec praecipuum locum tenet inquiſitio, utrum axis opticus teleſcopii, ſeu *linea collimationis*, hoc eſt, linea, quae jungit lentium centra cum centro filorum, normalis ſit axi revolutionis totius inſtrumenti, nec ne. Expoſui fuſius in *tabulis* meis *ſolaribus* anno 1792 editis pag. 132 methodos varias, quibus *error* hic *collimationis* inveſtigandus, ac proinde corrigendus eſſet; ſed poteſt nonnunquam evenire, ut error iſte aut corrigi non queat, aut ſponte et obſervatore non advertente irrepat. Obſervationes inſtrumento, hoc vitio laborante, inſtitutae, neceſſario correctione quadam egent. Contigit e. g. mutatio talis ſpontanea *lineae fiduciae* tubi meridiani ſpeculae Grenovicenſis *) anno 1768, in quo Cl. *MASKELYNE* errorem hunc, omnino ignorans, quo caſu ortus eſſet, inopinate deprehenderat, qui quidem per menſes duos et ultra conſtiterat, in quo temporis intervallo plurimae tubo hoc peractae fuerant obſervationes. Erroris quantitatem invenit primum methodo ſolita, dirigendo nempe teleſcopium ad metam meridianam. Convertendo dein axem

*) Aſtronomical Obſervations made at the royal obſerv. at Greenwich by *N. Maskelyne*. Vol. I. London MDCCLXXVI, pag. 135.

inſtrumenti reperit, metam hanc per filum meridianum non obtegi, imo 62″ ab illa ad occaſum dupla ſua aberratione diſtare, unde collimationis errorem colligit = 31″. Eundem per obſervationes aſtronomicas, inprimis ſtellae polaris eadem methodo, quam in tabulis ſolaribus pag. 134 explicavimus, indagavit, et ſumto ex compluribus obſervationibus medio arithmetico, eum tandem 30″, ſeu in tempore 2″ ſtabilivit. Hinc omnia tempora tranſituum ſtellarum a 24 menſis Auguſti ad 4 Novembris usque, hoc tubo obſervata (per quod temporis intervallum error hic ſubſtitit) per ſequentes emendanda veniunt correctiones.

2″ ſec decl. * × ſin verſ. alt. *, ſi culminatio in quadrante auſtrali circuli meridiani, et 2″ ſec decl. * × ſin verſ. diſt. a vert. +90°, ſi in quadrante boreali locum habet.

De fixarum catalogo.

Cum primum mihi conficiendi fixarum catalogi voluntas exſtiterit, ante omnia recenſionem catalogi Flamſteediani ſtellarum *zodiacalium* ſuſcipere animus fuit, tum quia ſtellae hae in praxi aſtronomica uſu quam plurimo invaluerunt, quia cum luna et cum planetis ſaepiſſime congrediuntur, et determinandis illorum poſitionibus geocentricis inſerviunt; tum quod illarum ope, et propter earumdem motus diurnos incitatiores, temporis veri determinatio per tubos meridianos quam exactiſſime perfici et obtineri poteſt.

Optimam igitur in hunc finem viam me initurum exiſtimabam, ſi accuratiſſimum Cl. *MASKELYNE* XXXVI fixarum catalogum pro fundamento et baſi totius operis aſſumerem, ac proinde fixarum mearum obſervationes cum iisdem conferrem, et inde aſcenſiones rectas meas definirem. Rationem hanc jam abhinc annos viginti ſecutus ſum, quaque catalogus meus 345 fixarum anno 1792 editus *) confectus eſt, eandem rationem eo fidentius ſervare conſultum duximus, quo majore in catalogi ſui perfectione et perpolitione celeberrimus hic Angliae aſtronomus deſudaverat ſtudio.

Primum hunc XXXVI fixarum catalogum exhibuit Cl. *MASKELYNE* ad annum 1770 in tabulis ſuis aſtronomicis anno 1774 Lon-

*) Fixarum praecipuarum catalogus novus, ex obſervationibus in obſervatorio Gothano habitis, ad initium anni MDCCC conſtructus. Gothae, 1792.

dini editis.*) Eundem iterum perfecit anno 1790, quem Cl. *WOLLASTON* in limine compilationis omnium, qui exstant, fixarum catalogorum**) vulgaverat. Haec erant puncta et prototypi, quibus ascensiones rectae nostrae ex propriis observationibus deductae superstruebantur, et omnis catalogus noster zodiacalis confectus est. Cum rursus denique clarissimus auctor catalogum hunc fundamentalem anno 1802 iterato exornavisset studio, ex repetitis observationibus et calculis invenit, absolutam ascensionem rectam α Aquilae huc usque stabilitam, in qua omnis catalogus innititur, et proinde ascensiones rectas omnium XXXVI fixarum, justo minores inveniri, adeoque quantitate 3,"8 augendas, et ascensionem rectam α Aquilae ad initium anni 1802 statuendam esse $19^h\ 41'\ 7,"13$ ***). Correctio haec a clarissimo auctore propositа summam omnium astronomorum excitavit attentionem. Nonnullis scrupulus injectus est, utrum correctio haec non dubitanter admittenda, an potius exspectandum esset, donec disceptatio in causa tam gravi aliorum observationibus foret illustrata, vel repetito rigorosissimo examine comprobata. Nam admissa hac correctione, necessario et omnium planetarum longitudinis mediae epochae motusque earum medii immutari debent. Exspectantes spes non fefellit. Nam ex observationibus recentissimis Cl. *PIAZZI* in *Ephemeridibus astronomicis Vindobonensibus*, ad annum 1806 pag. 336 et 383 relatis, prodit, correctionem hanc, a clarissimo Angliae astronomo regio recognitam, non solum admittendam, sed etiam augendam esse. Nam celeberrimus hic astronomus Panormitanus ascensionem rectam absolutam hujus fixae ex propriis observationibus ad principium anni 1802 reductam invenit $19^h\ 41'\ 7,"236$. Idem aliarum quarumdam fixarum ascensiones rectas absolutas tentare conatus est; sed observationes suas hus usque factas pro satis tutis non habet. Sperat, easdem de novo aggredi et persequi, donec earumdem amplam satis nactus fuerit copiam. Dedit interea speciminis loco quasdam ascensiones rectas, ex absolutis observationibus erutas, quae cum recentissimo catalogo anglicano non omnes plane conveniunt, ut tabula annexa ob oculos ponit. Ascensiones rectae a Cl. *PIAZZI* observatae ad diem 22 De-

*) Tables for computing the apparent places etc. By *N. Maskelyne*. London 1774.

**) A specimen of a general astronomical catalogue etc. adapted to Jan. 1. 1790 etc. By *Fr. Wollaston*. London 1789 Vol. I.

***) Monatl. Corresp. VIII B. pag. 96.

cembris reductae erant; nos easdem, cum variatione annua et motu proprio Maskelyniano, ad initium anni 1802 traduximus.

Nomina ſtellarum	Aſcenſio recta media 1802 ſec. *Piazzi*	Differentia cum catalogo *Maskelyne* 1802
Sirius	$6^h\ 36'\ 25,''173$	+ 0,″277
Caſtor	7 21 56, 504	+ 0, 006
Procyon	7 28 55, 785	— 0, 185
Pollux	7 33 10, 658	+ 0, 022
Wega	18 30 13, 957	+ 0, 013
γ Aquilae	19 36 50, 611	— 0, 081
Atair	19 41 7, 241	— 0, 111
Deneb	20 34 41, 014	— 0, 104
α Aquarii	21 55 36, 460	— 0, 030
Fomahand	22 46 40, 734	+ 0, 076
α Pegaſi	22 54 54, 221	+ 0, 009

Maluit Cl. *BÜRG* in re tanta tentare omnia, quam in auctoritate, quantumvis magna, acquieſcere. Selegit hunc in finem obſervationes Grenovicenſes annorum 1796, 1797 et 1798, tum quia ad manus eſſent, tum quoniam veriſimile illi videbatur, aſcenſionem rectam α Aquilae a Cl. *MASKELYNE* in medium allatam, jam ex obſervationibus annis 1800, 1801 et 1802 depromtam fuiſſe. Deduxit inde methodo, in *Ephemer. aſtronom. Vindobon.* ad annum 1806 pag. 139 luculenter expoſita, aſcenſionem rectam hujus fixae ex obſervationibus circa aequinoctia duo conſequentia, id eſt vernum et autumnale, pro initio anni 1802 = $19^h\,41'\ 7,''231$, quae determinationi Cl. *PIAZZI* ad unguem aſſentit, et a determinatione Cl. *MASKELYNE* 0,″105 temporis diſcrepat.

Exhibemus hic infra ſtellarum harum XXXVI aſcenſiones rectas medias ad annum 1802, prout ab ipſo clariſſimo aſtronomo Grenovicenſi in diario obſervationum ſuarum vulgatae ſunt, additis tantummodo differentiis cum ejusdem catalogis annorum 1770 et 1790, ſignis praefixis in aſcenſionem rectam exhibitam adhibendis. Quibus vero determinatio Cl. *PIAZZI*, calculis Cl. *BÜRG* comprobata, magis arridet, augeant, ſi placet, decima unius minuti ſecundi parte aſcenſiones rectas cunctas ibidem relatas, et habebunt fixarum harum poſitiones medias ad mentem clariſſimorum horum virorum.

Cum in determinandis aſcenſionibus rectis noſtris ſemper catalogo hoc *MASKELYNIANO* anni 1790 uſi ſimus ad dignoſcendam horo-

horologii deviationem a tempore vero ſidereo, qua data, aſcenſiones rectae quoque ſtellarum omnium hac die tubo meridiano obſervatarum innotuerant, et cum in hunc finem ſemper, quantum fieri potuit, omnes harum XXXVI ſtellarum obſervatae fuerint culminationes: error medius, qui ex noviſſimo catalogo anni 1802 in fixarum noſtrarum determinationes redundare poteſt, quam proxime idem erit, qui ex media differentia catalogorum annorum 1790 et 1802 prodit, et qui ſumto hoc medio arithmetico invenietur + 0,"1723. Sed cum ſecundum obſervationes et disquiſitiones clariſſimorum virorum *PIAZZI* et *BÜRG* differentia haec media ſit + 0,"2758 in tempore, ſeu + 4,"137 in arcu: omnes aſcenſiones rectas noſtras, per catalogum hunc anni 1790 expletas, eadem hac auximus quantitate. Enimvero cum diu ante correctionis recognitionem praecipuarum quarumdam fixarum aſcenſiones rectae noſtrae in fronte tabularum noſtrarum ſpecialium aberrationis et nutationis prelo jam excuſae, et a Cl. *DE LA LANDE* in *Ephemer. aſtronom. Pariſinis* ad annum VIII pag. 396 denuo recuſae eſſent: correctionem hanc, modo indicatam, continere haud potuerunt. Mirandum itaque non erit, easdem a praeſenti catalogo traditis hac quantitate diſcrepare. Cum porro ſpecula Erneſtina Seebergenſis nec quadrante murali, nec ſectore zenithali, nec circulo meridiano, vel hujus generis inſtrumentis magni radii inſtructa eſſet, quibus fixarum declinationes eadem accuratione, qua aſcenſiones rectas determinare, et aliorum aſtronomorum conatus aemulari licuiſſet, abſtinendum potius ab hoc incepto duximus, quam minorum radiorum organis quidquam tentare improbe. Jam conſtabat mihi, clariſſimos viros, *BARRY* et *HENRY*, in ſpecula electorali Mannhemienſi obſervandis declinationibus fixarum zodiacalium, catalogo britannico *FLAMSTEEDII* exhibitarum, ſummam dare operam, eamque callidiſſime perfici, cum ſpecula haec, quadrante murali inſigniori *BIRDIANO* octo pedum et ſectore zenithali *SISSONIANO* novem pedum munita ſit. Quocirca declinationes has cum aſcenſionibus rectis noſtris jungere animus erat. Quod cum Cl. *BARRY* propoſuiſſem: perhumaniter excepit conditionem oblatam, comiterque ac benigne declinationes ſuas nobiscum communicavit, quas cum aſcenſionibus rectis noſtris hic ſiſtimus.

Monendum reſtat, clariſſimos viros, *BARRY* et *HENRY*, in reducendis ſuis obſervationibus latitudine ſpeculae Mannhemienſis 49° 29' 13", et refractione Bradlejana ex tabulis aſtronomicis Cl. *DE LA LANDE* (editionis 1792) uſos fuiſſe. Quod latitudinem attinet, dubitante ipſo Cl. *BARRY* *), errorem ſuſpicari licet,

qui ad quatuor vel quinque minuta ſecunda aſſurgere poteſt. Si recentioribus fidendum eſt obſervationibus, latitudo haec foret 49° 29′ 18″, prout in tabulis noſtris ſolis poſtremis excepimus.

Ne de reductionis modo in dubio haereret lector, malui hic calculi paradigma inſerere, quod clariſſimus auctor ipſe ad nos transmiſerat, ex quo methodum adhibitam penitus perſpicere licet.

Anno 1793 diſtantia a vertice apparens obſervata β Tauri ex compluribus obſervationibus media . . . . . 21° 3′ 36,″3

Medium { erroris collimationis quadrantis muralis . + 18, 5
Medium { refractionis verae . . . . . + 22, 0

Diſtantia a vertice correcta . . . . . 21° 4′ 16,″8
Latitudo ſpeculae 49 29 13, 0
Declinatio apparens . . . . . 28° 24′ 56,″2

Medium { variationum . . . . . — 0, 64
Medium { aberrationum . . . . . — 2, 37
Medium { nutationum . . . . . + 8, 80

Declinatio media pro initio anni 1793 . . . . . 28° 25′ 1,″99

Ut judicium de declinationum harum praeſtantia ferri poſſet, comparavimus easdem cum recentiſſimis Cl. *PIAZZI*, quae in ejusdem catalogo noviſſimo nunquam ſatis laudando habentur, ex quarum differentiis appoſitis pateſcet, quanam gaudeant accurationis nota.

Ne quid deſit, addimus tabulam declinationum mediarum XXXVI fixarum ſecundum Cl. *MASKELYNE*; easdemque ad mentem Cl. *BÜRG***) pro refractione caſtigatas, una cum illis Cl. *PIAZZI*, ſi differentias ſcilicet juxta poſitas, pro ſignis ſuis ad declinationes ibidem exhibitas, applicueris.

Ut omnia, quae ad definienda *media* vel *apparentia* fixarum loca requiruntur, praeſto eſſent, adjecimus ſecundum elementa noviſſima in operis hujus decurſu diſceptata, XXXVI fixarum celebratiſſimarum aberrationum et nutationum tabulas ſpeciales in aſcenſionem rectam et in tempore, ita quidem in calculatoris commodum diſpoſitas, ut quantitates ſemper exhibeant additivas; qua, propter tum ab aberratione, tum ab nutatione, calculo peracto 2″, vel ſimul et ſemper 4″ rejicienda ſunt. In aberrationum vero et nutationum tabulis in declinationem a quavis 20″, vel ſimul et ſemper 40″ ſubtrahenda

*) Monatl. Correſp. VIII B. pag. 345; IX B. pag. 284.

**) Ephemer. aſtronom. Vindob. ad annum 1806, pag. 331.

veniunt, ut calculi paradigmata mox infra referenda clarius oſtendent.

Stellae polaris poſitionem dedimus jam ampliſſimam pag. 76 hujus operis ab anno 1790 ad annum 1820. Sed cum in hoc temporis intervallo effectus aberrationis et nutationis in aſcenſionem rectam hujus fixae propere mutentur: libuit tabulas peculiares addere, in quibus quantitates hae pro quovis decennio ab ovo ſupputatae habentur.

De catalogi noſtri diſpoſitione id monuiſſe juvabit, nos ſtrictim in fixarum enumeratione numeros Flamſteedianos, ſecundum ejusdem auctoris *hiſtoriam coeleſtem britannicam* Vol. III, ſecutos fuiſſe. Cum vero in conficiendo hoc celeberrimo catalogo plures irrepſiſſent tum obſervatoris hallucinationes, tum calculi lapſus: hos in recenſione peculiari exponi et emendari in votis eſt.

Variationes fixarum annuae, tum in aſcenſione recta, tum in declinatione appoſitae, ſecundum noſtram praeceſſionis aequinoctiorum disquiſitionem ſupputatae ſunt. Ut vero calculatorum commodo ex omni parte conſuleretur, conſtructae et ad calcem hujus catalogi adjectae ſunt tabulae variae, quarum ope ſtellarum errantium et inerrantium poſitiones ſive apparentes ſive verae calculo facillimo ſubmitti poſſunt; quod ex tabularum columnarumque inſcriptionibus, et ex calculi typis mox exponendis fuſius eluceſcet.

Tabulae aberrationis et nutationis pro XXXVI fixarum aſcenſionibus rectis Cl. MASKELYNE.

Problema I.

Datis XXXVI fixarum aſcenſionibus rectis *mediis* Cl. *MASKELYNE* in tempore, convertere easdem in *apparentes*, per tabulas ſpeciales pag. IV — pag. XII.

1) E catalogo harum fixarum pag. III, ad initium anni 1802 conſtructo, excerpatur aſcenſio recta media fixae propoſitae in tempore, appoſita ejusdem variatione annua, cum qua reducatur aſcenſio recta ad annum datum. Reductio haec ſemper ſubtractiva eſt, ſi annus datus catalogi epocham praecedit, et contra additiva.

2) Ad ſupputandam partem variationis pro data anni die, exquire e tabula pag. 42 factorem, huic diei reſpondentem, qui, ductus in omnem variationem annuam, dabit partem hujus variationis competentem.

3) Excerpatur ex ephemeridibus aſtronomicis longitudo vera ſolis pro die data, cum qua ingredere tabulas ſpeciales *aberrationis* (pag. IV — pag. XII), ex quibus reperies quantitatem *aberrationis*, adhibitis, ſi opus fuerit, partibus proportionalibus.

4) Supputetur vel excerpatur ex ephemeridibus aſtronomicis longitudo nodi lunae, cum quo argumento invenies in columna ſecunda quantitatem *nutationis*, parte proportionali non neglecta.

5) Collectis his *variationis*, *aberrationis* et *nutationis* quantitatibus in unam ſummam cum aſcenſione recta fixae, et rejecta *ſemper* quantitate conſtante 4,″0; obtinebis pro dato tempore aſcenſionem rectam fixae propoſitae *apparentem*, hoc eſt, *variationis*, *aberrationis* et *nutationis* effectibus affectam, et ad comparationem cum *obſervatione apparente* accommodatam.

Exemplum I.

Sit pro die 5 Januarii anni 1800 pro tempore culminationis aſcenſio recta *media* α *Tauri*, *Aldebaran*, in *apparentem* convertenda.

1) E fixarum catalogo pag. III habes aſcenſionem rectam in tempore ad annum 1802 α *Tauri* = $4^h\ 24'\ 34,''30$, cum variatione annua + 3,″423, et cum motu proprio annuo + 0,″002, adeoque omnis variatio = + 3,″425. Cum epocha catalogi annum datum duobus annis praecedat: variatio haec pro annis duobus erit

$+ 3,''425 \times 2 = + 6,''850$, in hoc caſu ſubtrahenda; itaque aſcenſio recta media ad initium anni 1800 erit $4^h\ 24'\ 27,''450$.

2) Pro data die 5 Januarii invenies in tabula pag. 42 factorem reſpondentem 0,03, qui, ductus in variationem annuam $+ 3,''425$, dabit $+ 3,''425 \times 0,03 = + 0,''10275$ pro parte variationis ad diem 5 Januarii usque.

3) Ex ephemeridibus aſtronomicis eſt pro anni die data longitudo vera ſolis $= 9^s\ 15,°38$, cum quo argumento invenies primo, in tabula pag. IV, pro $9^s\ 10°$ quantitatem aberrationis $+ 3,''180$, cum differentia $- 0,''152$ pro 10 gradibus variationis in argumento; adeoque pars proportionalis erit:

$$10° : - 0,''152 = 5,°38 : 0,''081776$$

quae pars a $+ 3,''180$ ſubtracta, cum tabulae numeri decreſcant, actualem dabit aberrationis quantitatem $+ 3,''09822$.

4) Pro tempore dato longitudo media nodi lunae aſcendentis eſt $= 1^s\ 3,°03$. In eadem tabula, columna ſecunda, quantitas nutationis pro argumento $1^s\ 0°$ eſt $= + 1,''322$, cum differentia decreſcente $- 0,''169$. Ergo pars proportionalis:

$$10° : - 0,''169 = 3,°03 : 0,''051207;$$

adeoque nutationis quantitas actualis $= + 1,''2708$.

5) Collectis omnibus his quantitatibus, rejecta quantitate conſtante 4,°0, prodit aſcenſio recta apparens α *Tauri* pro 5 Januarii 1800 $= 4^h\ 24'\ 27,''92176$.

En jam calculi typum:

Æ media α ♉ ad annum 1802	4^h	$24'$	$34,''30$
Variatio pro duobus annis $= + 3,''425 \times 2$ . . .	—		$6,850$
Æ media in temp. ad initium anni 1800	4	24	27, 450
Variatio ad 5 Jan. $= + 3,''425 \times 0,03$	+		0, 103
Aberratio cum arg. ☉ $9^s\ 15,°38$	+		3, 098
Nutatio cum arg. ☊☾ $1^s\ 3,°03$	+		1, 271
Summa			31, 922
Quantitas conſtans ſemper ſubtrahenda	—		4, 000
Æ apparens α ♉ die 5 Jan. 1800	4^h	$24'$	$27,''922$

Exemplum II.

Sit pro eodem die et anno, ut ſupra, et pro culminationis tempore aſcenſio recta *media* ſtellae *α Piſcis auſtrini*, *Fomahand*, in *apparentem* convertenda.

AR. media *Fomahand* ad annum 1802	22h	46′	40,″51
Variatio pro duobus annis = + 3,″343 × 2 . .	—		6, 686
AR. media in temp. ad initium anni 1800 . . .	22	46	34, 124
Variatio ad 5 Jan. = + 3, 343 × 0,03	+		0, 100
Aberratio cum arg. ☉ 9s 15,″14	+		1, 163
Nutatio cum arg. ☊☾ 1s 3,″04	+		0, 656
Summa			36, 048
Quantitas conſtans ſemper ſubtrahenda . . .	—		4, 000
AR. apparens *Fomahand* die 5 Jan. 1800 . . .	22h	46′	32,″048

Tabulae aberrationis et nutationis pro XXXVI fixarum declinationibus Cl. MASKELYNE.

Problema II.

Datis XXXVI fixarum declinationibus *mediis* Cl. *MASKELYNE* convertere easdem in *apparentes* per tabulas ſpeciales (pag. XIII—pag. XXII).

Calculus eodem perficitur, quo ſupra modo; memineris tamen, variationem annuam quandoque negativam eſſe, prout ſignum praefixum monet, et a ſumma aberrationis et nutationis quantitatum poſitivarum ſemper 40,″co rejicienda eſſe, ut habeatur declinatio *apparens* fixae propoſitae. Sequentes calculi typi omnia in aprico ponent.

Exemplum I.

Sit pro die 5 Januarii 1800 declinatio *media* fixae *α Tauri* in *apparentem* vertenda.

Declinatio bor. media *α Tauri* ad annum 1802 . . .	16°	5′	59,″4
Variatio pro duobus annis = + 7,″99 × 2 . . .	—		15, 98
Declinatio bor. media ad initium anni 1800 . . .	16	5	43, 42
Variatio ad 5 Jan. = + 7,″99 × 0,03	+		0, 24
Aberratio cum arg. ☉ 9s 15,″38	+		21, 38
Nutatio cum arg. ☊☾ 1s 3,″03	+		25, 78
Summa			90, 82
Quantitas conſtans ſemper ſubtrahenda . . .	—		40, 00
Declinatio bor. apparens *α* ♉ die 5 Jan. 1800 . . .	16°	5′	50,″82

Exemplum. II.

Quaeritur pro eodem die, quo ſupra, declinatio apparens fixae *Piſcis auſtrini (Fomahand.)*

Declinatio auſtr. media *Fomahand* ad annum 1802 . .			30° 39′ 52,″7	
Variat.	pro 2 ann. ☰ — 19,″10 × 2 ☰ + 38,″20			
	pro 5 Jan. ☰ — 19, 10 × 0,03 ☰ — 0, 57		+	37, 63
Aberratio cum arg. ☉ 9ˢ 15,°14			+	30, 45
Nutatio cum arg. ☊ ☾ 1ˢ 3,°04			+	26, 22
Summa			40	87, 00
Quantitas conſtans ſemper ſubtrahenda			—	40, 00
Declinatio auſtr. apparens *Fomahand* die 5 Jan. 1800 .			30° 40′	47,″00

Tabulae ſpeciales aberrationis et nutationis in aſcenſionem rectam et in declinationem ſtellae polaris.

Problema III.

Invenire aſcenſionem rectam et declinationem *apparentem* ſtellae polaris pro tempore quocunque dato.

Tabulae aberrationis et nutationis ſpeciales hujus fixae ad normam ſolitam conſtructae ſunt; ideoque nulla peculiari egent explicatione. Si quis vero ſummam adhibere velit accurationem, argumenta, aberrationis et nutationis effectus in aſcenſionem rectam exhibentia, majori cum cura ex ephemeridibus aſtronomicis petenda ſunt, et in interpolandis partibus proportionalibus earumdem differentiis ſecundis utendum erit. Porro, cum tabulae hae tantummodo pro annis 1790, 1800, 1810 et 1820 ſupputatae ſint: ſi aberrationis et nutationis effectus pro anno intermedio requirantur, duplicem neceſſe erit interpolationem inire; ſed propter motum diurnum hujus ſtellae lentiſſimum et obſervatu difficillimum ſubtilitates hae tuto praetermitti poterunt. En hic paradigmata, calculo curatiſſimo confecta.

Exemplum. I.

Sit aſcenſio recta *apparens ſtellae polaris* pro die 23 Julii 1800 ſupputanda, tempore culminationis inferioris.

Æ. media ſtellae polaris ad annum 1800	13°	5′	15,″00
Praeceſſio ad 23 Jul., habita ratione differ. ſecund. .	+	1	51, 99
Aberratio cum arg. ☉ 4ˢ 0,″44 } habita ratione	+	2	49, 89
Nutatio cum arg. ☊ ☾ 0 22, 45 } differ. quartar.	—	5	7, 51
Æ. apparens in momento culminationis inferioris .	13°	4′	49,″37
— — in tempore	12ʰ	52′	19,″29:

Exemplum II.

Eadem aſcenſio recta apparens tempore culminationis ſuperioris.

AR. media pro 1800	13°	5′	15,″00
Praeceſſio ad 23 Julii, hab. ratione differ. ſecund. .	+	1	51, 99
Aberratio cum arg. ☉ 4ˢ 0,″92 } habita ratione	+	2	54, 85
Nutatio cum arg. ☊ ☾ 0 22, 42 } differ. quartar.	—	5	7, 55
Æ. apparens in momento culminationis ſuperioris	13°	4′	54,″29
— — in tempore	0ʰ	52′	19,″619

Exemplum III.

Quaeritur declinatio *apparens ſtellae polaris* in momento culminationis inferioris.

Declinatio media pro 1800	88°	14′	25,″79
Praeceſſio ad 23 Julii	+		11, 32
Aberratio cum arg. ☉ 4ˢ 0,″44 } habita ratione .	—		18, 98
Nutatio cum arg. ☊ ☾ 0 22, 45 } differ. ſecund. .	—		0, 66
Declinatio apparens pro momento culmin. inferioris .	88°	14′	17,″47

Problema IV.

Data culminationefixae ad tubum meridianum recte conſtitutum, et ad horologium oſcillatorium ad tempus ſidereum temperatum, invenire tempus verum ſidereum, ſeu aberrationem horologii ab hoc tempore.

Pro dato obſervationis tempore convertetur aſcenſio recta *media* fixae obſervatae in *apparentem;* quae cum tempore obſervato tranſitus hujus fixae per meridianum collata, mox ſtatum horologii pro hoc momento indicabit. Nam ſi aſcenſio recta *apparens* ſupputata major eſt obſervata, tempus horologii indicibus notatum hac differentia *augendum;* contra vero, ſi aſcenſio recta haec apparens minor ſit obſervata, *minuendum* eſt, ut habeatur tempus verum ſidereum.

Exem-

Exemplum.

In diario obſervationum ſpeculae Grenovicenſis ad annum 1787 referuntur fixarum culminationes die 2 Martii α *Orionis* 5^h 43′ 19,″70, et π *Leonis* 9^h 48′ 38,″60, quaeritur ſtatus horologii pro his momentis, et tempus verum ſidereum. Calculi typus ſic ſe habebit:

Æ media α *Orionis* ad annum 1802	5^h	44′	27,″26
Variatio pro 15 annis	—		48, 66
Æ media ad annum 1787	5	43	38, 60
Variatio ad 2 Martii	+		0, 584
Aberratio cum arg. ☉ 11° 12,″25	+		2, 333
Nutatio cum arg. ☊☾ 9 11, 45	+		3, 137
Summa			44, 654
Quantitas conſtans			— 4, 000
Æ apparens 2 Martii 1787	5^h	43′	40,″654
Culminatio obſervata	5	43	19, 70
Retardatio horologii pro tempore ſidereo	+		20,″954

Æ media π *Leonis* e catalogo noſtro ad 1800 . .	147°	24′	27,″59
Variatio per 13 annos	—	10	18, 80
Æ media ad annum 1787	147	14	8, 79
Variatio ad 2 Martii	+		8, 57
Aberratio	+		18, 41
Nutatio	+		17, 03
Æ apparens π ♌ 2 Martii 1787 in ſpatio	147°	14′	52,″80
— — — — — in tempore . . .	9^h	48′	59,″519
Culminatio obſervata	9	48	38, 60
Retardatio horologii pro tempore ſidereo . . .	+		20,″919

Problema V.

Invenire aſcenſionem rectam *mediam* fixae per tubum culminatorium in meridiani plano rite conſtitutum.

1) Quaeratur ex XXXVI fixarum fundamentalium culminationibus tempus verum ſidereum, ſeu aequatio indicis horologii.

2) Applicetur aequatio haec inventa ad tempus obſervatum fixae determinandae, et habebis ejusdem aſcenſionem rectam *apparentem* pro momento factae obſervationis.

3) Convertatur aſcenſio recta *apparens* in *mediam*, applicando nimirum variationis, aberrationis et nutationis effectus ſignis contrariis.

Exemplum.

Sit in exemplo ex diario obſervatorii Grenovicenſis ſupra allato, ex obſervationibus die 2 Martii 1787 habitis, aſcenſio recta media ϒ *Leonis* definienda.

Obſervabantur illa die culminationes ſex ſtellarum praecipuarum, quae calculo peracto ſequentem praebuere aequationem indicis horologii.

Nomina ſtellarum	Tempus culminationis obſervatum	Aequatio indicis horologii
α Orionis	5^h 43′ 19,″70	+ 20,″954
Sirius	6 35 26, 84	+ 20, 846
Caſtor	7 20 40, 64	+ 21, 097
Procyon	7 27 49, 90	+ 21, 092
Pollux	7 31 57, 27	+ 21, 052
α Hydrae	9 16 48, 56	+ 21, 274
Medium arithmet.	7^h 18,′0	+ 21,″053
Temp. culm. ϒ☊	9 48, 6	
Differentia . .	2^h 30,′6	
Cum motus diurnus horologii + 0,″25 acceleratus eſſet, pro $2\frac{1}{2}$ horis idem erit		+ 0, 025
Adeoque aequatio horologii pro momento culminationis ϒ☊		+ 21,″078

Culminatio ϒ☊ obſervata eſt ad tempus horologii	9^h	48′	38,″60
Aequatio horologii . . . . . +			21, 078
Æ. apparens ϒ☊ die 2 Martii 1787 in tempore . .	9	48	59, 678
Haec Æ in partibus aequatoris	147°	14′	55,″17
Variatio ad diem 2 Martii usque	—		8, 57
Aberratio cum arg. ☉ 11^s 12,′25 } ſignis contrar.	—		18, 41
Nutatio cum arg. ☊☾ 9 11, 45	—		17, 03
Æ media ad initium anni 1787	147	14	11, 16
Variatio per 13 annos . . . . . +		10	18, 80
Æ. media ϒ☊ ad initium anni 1800	247°	24′	29,″96

Si tubus non ad amuſſim in meridiani plano conſtitutus fuiſſet, aſcenſio recta media ex comparatione cum alia fixa bene determinata et in eodem parallelo verſante, definiri debuiſſet. Sic in exemplo pro-

posito stella α *Orionis* quam proxime in parallelo π *Leonis* versatur. Calculus itaque hoc modo absolvitur.

Tempus observatum culminationis α Orionis . . .	5^h	43′	19,″70
— — — — — π Leonis . . .	9	48	38, 60
Differentia ascensionum rectarum	4^h	5′	18,″90
Pro motu diurno horologii per 4^h 5′		+	0, 04
	4	5	18, 94
Æ. apparens calculata α Orionis	5	43	40, 654
Æ. apparens π ♌ die 2 Martii 1787 in tempore . .	9^h	48′	59,″594
Haec Æ. in partibus aequatoris	147°	14′	53,″91
Et hinc, ut supra, Æ. media ad initium anni 1800	147	24	28, 70

Problema VI.

Invenire ascensionem rectam apparentem sideris erratici per tubum culminatorium in meridiano recte constitutum transeuntis.

1) Quaeratur ex fixarum culminationibus tempus verum siderеum, hoc est, aequatio indicis horologii.

2) Applicetur aequatio haec ad tempus culminationis planetae, et habebis ejusdem ascensionem rectam apparentem.

Exemplum.

Anno 1803 die 16 Maji observatae sunt in Specula KRNESTINA sequentes fixarum et planetae *Jovis* transitus per tubum meridianum, ex quibus calculo peracto appositae inveniebantur aequationes indicis horologii.

Nomina stellarum	Tempus culminationis observatum			Aequatio indicis horologii
β Leonis	11^h	38′	43,″000	+ 19,″358
β Virginis	11	40	8, 950	+ 19, 249
Jupiter, Centrum	11	47	25, 292	. . . .
ε Virginis	11	54	53, 400	+ 19, 235
ζ — —	12	3	6, 917	+ 19, 311
η — —	12	9	32, 967	+ 19, 315
θ — —	12	23	20, 250	+ 19, 399
χ — —	12	28	48, 433	+ 19, 334
γ — —	12	31	24, 583	+ 19, 311
ε — —	12	52	5, 350	+ 19, 502
δ — —	12	57	18, 400	+ 19, 468
Spica Virginis	13	14	33, 000	+ 19, 492
ζ — —	13	24	23, 217	+ 19, 448
Medium . . .	12^h	26,′5		+ 19,″369

Motus diurnus horologii erat — 2,″40 retardando; tempus culminationis Jovis 11^h 47,′4, ergo motus pro 39,′1 = — 0,″065; adeoque aequatio vera indicis horologii in momento tranſitus Jovis per meridianum = + 19,″304. Itaque tempus culminat. Jovis 11^h 47′ 25,″292

Aequatio indicis horologii + 19, 304

Æ. apparens ♃ in tempore 11^h 47′ 44,″596

Haec Æ. in partibus aequat. 176° 56′ 8,″940

Tubo culminatorio vel quadrante murali in meridiano non recte conſtituto, debuiſſet planeta cum fixis in eodem parallelo verſantibus conferri; exempli gratia in caſu propoſito cum fixis β et ϖ *Virginis*. Calculus itaque ſic ſe habebit.

Tempus obſerv. culmin. β ♍	=	11^h	40′	8,″950	. .	ϖ ♍ =	12^h	9′	32,″967
— — — — Jovis		11	47	25, 292	. . . .		11	47	25, 292
Differentia aſcenſionum rectarum	+	7′	16,″342	. . . .		—	22′	7,″675	
Motus horologii pro hac different.	+		0, 012	. . . .		—		0, 037	
	+	7′	16,″354	. . . .		—	22′	7,″638	
In partibus aequatoris . .	+	1°	49′	5,″31	. . .	—	5°	31′	54,″570
Æ. apparens fixae calculata . .		175	7	3, 135	. . . .		182	28	4. 250
Æ. apparens Jovis		176°	56′	8,″445	. . . .		176°	56′	9,″680

Medium . . . 176° 56′ 9,″063

Ut omnia, quae ad ſiderum loca tum media, tum apparentia reducenda requirantur, ad manus ſint, addimus hic novas refractionum tabulas a Cl. *DELAMBRE* ad mentem Cl. *DE LA PLACE* conſtructas, ex tabulis ſolis nuper editis *) excerptas, quae ſubtiliſſimae et difficillimae indaginis materies, a tot tantisque aſtronomis tentata, tandem ad ſummum perfectionis faſtigium perducta eſt. Adeant, qui omnem hanc theoriam inſpicere cupiunt, tabularum harum introductionem et opus immortale *Mécanique céleſte*, Vol. IV, pag. 27, cum operis noſtri propoſitum et limites hanc pertractare non patiantur. Exhibemus etiam tabulas has ſub forma aliquantulum mutata, quarum uſus et exempla expoſita applicationem mox perſpicuam reddent.

*) Tables aſtronomiques publiées par le bureau des longitudes de France, Première partie. Tables du Soleil, par. M. *Delambre*. — Tables de la Lune, par M. *Bürg* — Paris, chez *Courcier* 1806.

Problema VII.

Data apparenti ſideris diſtantia a vertice, vel ipſius altitudine atque aëris temperie ope Barometri et Thermometri explorata, invenire refractionem *mediam* et *veram*.

1) Capta ſideris diſtantia apparenti a vertice, vel ejusdem altitudine ad inſtrumentum ad hunc finem dispoſitum, notetur eodem tempore altitudo hydrargyri in Barometro, et ſtatus Thermometri in umbra et in libero aëre locati, ſumto inter utrosque medio arithmetico.

2) Ope diſtantiae apparentis a vertice vel altitudinis apparentis ſideris obſervatae (prout inſtrumentum alterutram indicaverit) quaere e tabula I pag. CXVI refractionis quantitatem, parte proportionali, tum opus fuerit, non neglecta, et obtinebis refractionem *mediam*. De qua quantitate ſume logarithmum. (Commoditatis cauſa quantitates hae adjectae ſunt in columna appoſita in minutis ſecundis expreſſae, ut earumdem logarithmi facilius ex tabulis exquiri poſſint.)

3) Ope altitudinis Barometri ſive ad pedem pariſinum ſive ad pedem anglicanum exhibitae, quaere in tabula II logarithmum reſpondentem.

4) Cum ſtatu medio Thermometri ſive *Réaumuriani* ſive *Fahrenheitiani* exquire e tabula III logarithmum competentem.

5) Summa logarithmorum horum, logarithmus refractionis *verae* eſt.

Exemplum.

In *ephemeridibus aſtronomicis pariſinis* ad annum XV, pag. 386, referuntur obſervationes Cl. *MÉCHAIN* circulo repetente *Carcaſſonae* ad inveſtigandam refractionem, inſtitutae.*) Obſervata eſt nimirum die 18 Januarii 1798 diſtantia apparens a vertice fixae „ *Urſae majoris* infra polum culminantis 86° 15' 48,"54, exiſtente altitudine hydrargyri in Barometro 27 poll. 4,5 lin. pariſ. in Thermometro *Réaumuriano* + 7,°0.

Die 21 Januarii eadem diſtantia a vertice ejusdem fixae erat 86° 15' 20,"27, Barometer 28 poll. 3,3 lin. pariſ. Thermometer +6,°15.

*) Idem hoc exemplum illuſtrationis cauſa proponit Cl. *DELAMBRE* in *tables aſtronomiques publiées par le bureau des longitudes de France*, ſed typi et calculi erroribus aliquantulum deformatum.

Inquiramus nunc primum in refractionem obſervatam. Oportet ad hoc negotium noſſe latitudinem loci et declinationem apparentem fixae obſervatae; primam Cl. *MÉCHAIN* per quadringentas et ultra obſervationes ſtellae polaris, tum infra, tum ſupra polum, circulo repetente invenerat 43° 12' 42,"7; ſecundam, calculo ſequenti ſubduximus.

Declinatio media ϒ Urſae majoris ad initium anni 1798.

Secundum catalogum Cl. *PIAZZI* = 50° 19' 36,"52
— — — — *MAYERI* = 36, 50
— — — — *BRADLEJI* = 36, 70

Declinatio media 1 Jan. 1798 =	50° 19' 36,"57		50° 19' 36,"57
Praeceſſ. ad 18 Jan. cum praec. ann. −18,"26	− 1, 28	ad 21 Januar	— 1, 46
Aberratio cum arg. ☉ 9ˢ 28,"97	−17, 78	☉ = 10ˢ 2,°0	— 17, 90
Nutatio cum arg. ☊☾ 2 10, 95	+ 4, 83	☊☾ = 2 10, 8	+ 4, 81
Declinatio apparens 18 Jan. =	50° 19' 22,"33	21 Januarii . .	50° 19' 22,"02

Hinc	18 Jan.	21 Jan.
Diſtantia a vert. obſervata =	86° 15' 48,"54	86° 15' 20,"27
Latitudo *Carceſſonae* =	43 12 42, 70	43 12 42, 70
Compl. decl. app. obſerv.	39 28 31, 24	39 28 2, 97
Decl. app. obſerv.	50 31 28, 76	50 31 57, 03
Decl. app. calculata	50 19 22, 33	50 19 22, 02
Refractio obſervata	12' 6,"43	12' 35,"01

Refractionis calculus ex tabulis ita ſe habet.

Refract. med. pro Diſt. a vert. 86° 15' 48,"54 e tab. I = 745,"42 Log. = 2,87240
Pro Barom. 27 p. 4,5 l. e. tab. II . . . . . Log. = 9,98895
Pro Therm. + 7,°0 e tab. III . . . . . Log. = 0,00200

Refractionis verae Log. = 2,86335 = 730,"05
Refractio vera ex tabulis = 12' 10,"05
Refractio vera obſervata = 12 6, 43
Differentia . . = + 3,"62

Itidem pro die 21 Januarii.

Refract. med. pro Diſt. a vert. 86° 15' 20,"27 = 744,"27 Log. = 2,87173
Pro Barom. 28 p. 3,3 l. e tab. II . . . . . Log. = 0,00306
Pro Therm. + 6,°15 e tab. III . . . . . Log. = 0,00379

Refractionis verae Log. = 2,87858 = 756,"09
Refractio vera ex tabulis = 12' 36,"09
Refractio vera obſervata = 12 35, 01
Differentia . . . . + 1,"08

Si refractio haec ad mentem et per tabulas aliorum aſtronomorum computetur, differentiae hae fuiſſent ſecundum *BRADLEJUM* + 11,"5, *BÜRG* + 30,"6, *MAYERVM* + 4,"3, *PIAZZI* + 5,"3, *DELAMBRE* + 9,"8.

Problema VIII.

Invenire declinationem ſideris erratici, ex diſtantia apparente a vertice obſervata, ex ſola comparatione cum fixis in ejusdem parallelo verſantibus, errore inſtrumenti et latitudine loci non cognitis.

1) Convertantur diſtantiae a vertice obſervatae et apparentes tum planetae, tum fixae in veras, differentia earumdem erit diſſerentia declinationum.

2) Supputetur declinatio apparens fixae pro momento habitae obſervationis, et applicetur differentia diſtantiarum verarum a vertice, *addendo* illam nimirum ad declinationem apparentem fixae, ſi ejusdem diſtantia a vertice obſervata major, *ſubtrahendo* autem, ſi minor illa planetae fuerit. Contrarium locum habet, ſi declinatio fixae auſtralis eſt.

Exemplum.

In diario aſtronomico ſpeculae Grenovicenſis habentur ad annum 1787 die 23 et 24 Octobris ſequentes diſtantiae a vertice planetae *Urani*, et fixarum in ejusdem parallelo.

1787	Nomina ſtellarum	Diſt. a vertice appar. obſerv.	Barom. in poll. angl.	Thermom. Fahrenh.
Octobr. 23	Uranus	30° 57' 52,"0	29,77	+ 43°
24	μ Geminorum	28 51 45, 8	29,67	+ 45,3
	ν — —	31 8 11, 3		

Calculus declinationis ſic ſe habebit.

	Urani	μ Geminorum	ν Geminorum
Diſt. a vert. apparens . . .	30° 57' 52,"0	28° 51' 45,"8	31° 8' 11,"3
Refractio vera	+ 35, 26	+ 32, 21	+ 35, 30
	28 52 18, 01	31 8 46, 60	
Diſt. a vertice vera . . .	30 58 27, 26	30 58 27, 26	30 58 27, 26
Differentia	—	2° 6' 9,"25	+ 0° 10' 19,"34

	μ Geminorum			ν Geminorum		
Declinatio media 1800 ſec. Cl. *PIAZZI* . . .	22°	36'	9,"7	20°	19'	32,"4
Praeceſſio 13 annorum	+		12, 22	+		19 39
Declinatio media ad annum 1787	22°	36'	21,"92	20°	19'	51,"99
Praeceſſio ad 24 Octobr	—		0, 75	—		1, 20
Aberrat. cum arg. ☉ 7ˢ 1,"7	+		0, 08	+		0, 68
Nutat. cum arg. ☊☾ 8ˢ 28,"9	−		0, 51	—		0, 73
Declinatio appar. 24 Octobris 1787 . . .	22°	36'	20,"74	20°	19'	50,"65
Differ. diſtantiarum a vertice	— 2	6	9, 25	+ 0	10	19, 34
	20°	30'	11,"49	20°	30'	9,"99

Sumto medio declinatio Urani 23 Oct. 1787 erit 20° 30' 10,"74 bor.

Cum in caſu praeſenti cognitus ſit error inſtrumenti, quem *errorem collimationis* dicimus, et in commercio meo aſtronomico epiſtolico *) exhibitus ſit + 1,"6; cum porro cognita ſit latitudo ſpeculae Grenovicenſis 51° 28' 39", poterit ex obſervata diſtantia apparenti Planetae ejusdem declinatio apparens immediate derivari.

Eſt enim:

Diſtantia obſervata a vertice Urani 23 Oct. 1787 =	30°	57'	52,"0
Error collimationis . . . . . +			1, 26
Refractio vera . . . . . +			35, 26
	30°	58'	28,"52
Latitudo	51	28	39
Declinatio apparens Urani borealis	20°	30'	10,"48 a ſupra inventa vix diverſa.

*) Monatl. Correſp. XI B. pag. 205.

Tabulae praeceſſionis annuae fixarum in aſcenſionem rectam.

Problema IX.

Invenire per tabulam pag. CXV et CXVI praeceſſionem annuam in aſcenſionemrectam fixae propoſitae.

Tabula haec conſtructa eſt ad punctorum aequinoctialium praeceſſionis annuae quantitatem 50,″07736, disquiſitionibus noſtris erutam, ad annum 1850. Poterit illico reduci ad annum 1750 ſeculi elapſi, auferendo tantummodo a numeris, in hac tabula relatis, quantitatem conſtantem 0,″026.

Cum argumento aſcenſionis rectae in latere, et cum argumento declinationis fixae in fronte, exquiruntur immediate e tabula quantitates praeceſſionis competentes, prout monita huic tabulae adſcripta jubent.

Exemplum I.

Sit praeceſſio annua fixae ϖ *Leonis* in aſcenſionem rectam pro anno 1800 ex hac tabula petenda. Aſcenſio recta hujus fixae eſt $4^s\ 27,''408$, ejusdem declinatio borealis 8,″999.

Pro Æ $4^s\ 25^\circ$ cum arg. decl. bor. 8,″999 invenitur e tab. pro 1850	47,″724
— — $5^s\ 0^\circ$ — — — — — — — — — — — —	47, 491
Differ. pro 5°	0,″233
Pars proportionalis pro 2,″408	0, 112
Ergo pro Æ $4^s\ 27,''408$ erit praeceſſio ad annum 1850 . . .	47,″612
Diminutio pro 50 annis $\frac{0,''026}{2}$	— 0, 013
Inde praeceſſio annua ϖ *Leonis* 1800	47,″599
Ex formula pag. 36 ſequitur	47, 600

Exemplum II.

Quaeratur praeceſſio annua fixae *Fomahand* in aſcenſionem rectam pro anno 1900. Aſcenſio recta pro initio hujus ſeculi erit $21^s\ 13,''0207$, et declinatio auſtralis 30,″1495.

	μ Geminorum			ν Geminorum		
Declinatio media 1800 ſec. Cl. *PIAZZI* . . .	22°	36'	9,"7	20°	19'	32,"4
Praeceſſio 13 annorum	+		12, 22	+		19 50
Declinatio media ad annum 1787	22°	36'	21,"92	20°	19'	51,"90
Praeceſſio ad 24 Octobr	—		0, 75	—		1, 20
Aberrat. cum arg. ☉ 7ˢ 1,°7	+		0, 08	+		0, 68
Nutat. cum arg. ☊ 8ˢ 28,°9	−		0, 51	—		0, 73
Declinatio appar. 24 Octobris 1787 . . .	22°	36'	20,"74	20°	19'	50,"65
Differ. diſtantiarum a vertice	— 2	6	9, 25	+ 0	10	19, 34
	20°	30'	11,"49	20°	30'	9,"99

Sumto medio declinatio Urani 23 Oct. 1787 erit 20° 30' 10,"74 bor.

Cum in caſu praeſenti cognitus ſit error inſtrumenti, quem *errorem collimationis* dicimus, et in commercio meo aſtronomico epiſtolico *) exhibitus ſit + 1,"6; cum porro cognita ſit latitudo ſpecu' Grenovicenſis 51° 28' 39", poterit ex obſervata diſtantia appa: Planetae ejusdem declinatio apparens immediate derivari.

Eſt enim:

Diſtantia obſervata a vertice Urani 23 Oct. 1787 =	30°	57'	52,"0
Error collimationis . . . . . +			1, 26
Refractio vera . . . . . +			35, 26
	30°	58'	28,"
Latitudo	51	28	39
Declinatio apparens Urani borealis	20°	30'	

*) Monatl. Correſp. XI B. pag

[redacted] oris
[redacted] cal-
[redacted] inL.
[redacted] aequa-
[redacted] clipticae
[redacted] maxima
[redacted] med. ⊙ +

Invenire [redacted]
[redacted]

[redacted] ,6,"8598 fin 2L.⊙
[redacted] -12,"9463 fin 4L.⊙
[redacted] — 0,"3726 fin 6 L.⊙
[redacted] ,925 fin. ſuppl.Long.☊
[redacted] ⊙ — L. ☊).

Cum [redacted] variationem ſecularem
[redacted] obliquitate 23° 27' 4,"6,
[redacted] ma centri 1° 55' 9,"0:
ta jubent. ,323 fin, 2 anom. med. ⊙.

[redacted] f L.⊙ — 595,"9911 fin 2 L.⊙
Sit [redacted] , cof 3L.⊙ + 12,"9081 fin 4 L.⊙
[redacted] ,4 cof 5L.⊙ — 0,"3711 fin 6 L.⊙
[redacted] in temp. + 0,"09925 fin Long.☊
Pro [redacted] ,013 fin (2 L.⊙ — L.☊).
[redacted]

[redacted] Differ. pro 5° [redacted]
Pars propo[redacted]
Ergo pro [redacted]
Diminutio [redacted]

Inde [redacted]
Ex formula

[redacted] trae pag. CXXXVI ſeq. ab ovo et
[redacted] is compendii cauſa ad argumen-
[redacted] in tempore redactae ſunt, quae
[redacted] i in *medium* et viciſſim protenus
[redacted] n harum elementis jam alibi fuſius
[redacted] uſus demonſtrare et exemplis illu-

[redacted] b l e m a I.

[redacted] convertere in medium.

[redacted] x e m p l u m I.

Qua[redacted]
[redacted] 1791 Gothae die 31 Januarii culminatio pla-
[redacted] 36,"374 tempore ſidereo, quaeritur tempus

Pro Æ 11ˢ 10° invenitur cum arg. declin. 30,°1495 auſtr. . .	49,°882
— — 11ˢ 15° — — — — — — — — — — . .	48, 934
Differ. pro 5°	0,°948
Pars proportionalis pro 3,°0207	0, 573
Ergo pro Æ 11ˢ 13,°0207 erit praeceſſio ad annum 1850 .	49,°309
pro 50 annis $= \frac{0,°026}{2}$	+ 0, 013
Inde praeceſſio annua *Fomahand* 1900	49,°322
Formula pag. 36 hanc praeceſſionem praebet	49, 310

Tabulae ſolares ad convertendum tempus ſidereum in tempus ſolare medium et verum, et viciſſim.

Cum in hodiernae aſtronomiae praxi uſus univerſalis ſit, horologiorum motus ad veram aeque diuturnam ſiderei diei longitudinem temperare, et ex fixarum culminationibus tempus verum ſidereum nanciſci; contingit ſaepenumero, ut in planetarum obſervationibus tempora *vera* et *media* ſolis noſſe oporteat. Quomodo tempora haec tabularum ſolarium ope inter ſe convertenda eſſent, ampliſſime in tabulis noſtris motuum ſolis anno 1792 editis pag. 73 ſeq. jam explicavimus. Sed cum haec temporum aeſtimatio in praxi aſtronomica perpetuo recurrat: gratam et acceptam rem me facturum putabam, ſi ſequentes tabulas ſolares ad convertenda tempora aſtronomica *ſiderea* in tempora ſolaria tum *media*, tum *vera* ſecundum recentiſſimas tabulas noſtras motuum ſolis, anno 1804 recuſas, hic iterum exhiberem, et ad uſum commodiorem ordinarem.

Continent igitur tabulae hae annorum epochas aſcenſionum rectarum mediarum ſolis, et motus hos medios pro quavis menſis die in tempore, quibus adjectae ſunt tabulae compendioſiſſimae pro aequatione temporis ad mentem Cl. *DELAMBRE* *) conſtructae, ſed novo et iterato calculo ſubjectae, cum nobis viſum ſit

*) Tables aſtronomiques publiées par le bureau des longitudes de France. Premiere partie. Tables du Soleil, par M. DELAMBRE. Tables de la Lune, par M. BÜRG. à Paris, 1806.

in termino ſecundo formulae generalis aequationem temporis $d\,T = \frac{1}{15}$ (Æ vera ☉ — Æ med. ☉) exprimente (pag. *c* 3), calculi vel typi errore loco + 79,″378 ſin L legendum eſſe + 80,″778 ſin L.

Prodit itaque nobis calculo peracto formula ſequens pro aequatione temporis ad annum 1800, aſſumta obliquitate eclipticae 23° 27′ 56,″7, longitudine perigaei 9ˢ 9° 29′, aequatione maxima centri 1° 55′ 27,″84, unde 1° 55′ 26,″666 ſign. anom. med. ☉ + + 1′ 12,″688 ſin. 2 an. med. ☉.

$$dT = +0,''0407 + 79,''3921 \text{ ſin Long.} ☉ + 435,''8205 \text{ coſ L.} ☉ - 596,''8598 \text{ ſin 2L.} ☉$$
$$+1,''5890 \text{ coſ 2 L.} ☉ - 3,''4243 \text{ ſin 3 L.} ☉ - 18,''7990 \text{ coſ 3L.} ☉ + 12,''9463 \text{ ſin 4L.} ☉$$
$$-0,''0867 \text{ coſ 4 L.} ☉ + 0,''1416 \text{ ſin 5 L.} ☉ + 0,''8475 \text{ coſ 5L.} ☉ - 0,''3726 \text{ ſin 6 L.} ☉$$
$$+0,''0029 \text{ coſ 6 L.} ☉ + \text{ſumm. pert. plan. in temp.} + 0,''09925 \text{ ſin. ſuppl. Long.} ☊$$
$$+0,''117 \text{ ſin } (2\,\text{L.} ☉ + \text{L.} ☊ + \text{VI}^{s}) - 0,''013 \text{ ſin } (2\,\text{L.} ☉ - \text{L.} ☊).$$

Porro ad aſſequendam hujus aequationis variationem ſecularem ſupputata eſt eadem ad annum 1900, adhibita obliquitate 23° 27′ 4,″6, longitud. perigaei 9ˢ 11° 12′ 36″, aequat. maxima centri 1° 55′ 9,″02 ideoque 1° 55′ 7,″84 ſin. anom. med. ☉ + 1′ 12″,323 ſin. 2 anom. med. ☉.

$$dT = +0,''0473 + 93,''4173 \text{ ſin Long.} ☉ + 432,''2752 \text{ coſ L.} ☉ - 595,''9911 \text{ ſin 2 L.} ☉$$
$$+1,''8548 \text{ coſ 2L.} ☉ - 4,''0230 \text{ ſin 3L.} ☉ - 18,''6223 \text{ coſ 3L.} ☉ + 12,''9081 \text{ ſin 4 L.} ☉$$
$$-0,''1010 \text{ coſ 4L.} ☉ + 0,''1662 \text{ ſin 5L.} ☉ + 0,''8384 \text{ coſ 5L.} ☉ - 0,''3711 \text{ ſin 6 L.} ☉$$
$$+0,''0034 \text{ coſ. 6L.} ☉ + \text{ſummae perturb. plan. in temp.} + 0,''09925 \text{ ſin Long.} ☊$$
$$+0,''117 \text{ ſin } (2\,\text{L.} ☉ + \text{L.} ☊ + \text{VI}^{s}) - 0,''013 \text{ ſin } (2\,\text{L.} ☉ - \text{L.} ☊).$$

Hinc juxta has formulas tabulae noſtrae pag. CXXXVI ſeq. ab ovo et in praeſenti forma conſtructae, et majoris compendii cauſa ad argumentum aſcenſionis rectae mediae ſolis in tempore redactae ſunt, quae converſionem temporis ſolaris *veri* in *medium* et viciſſim protenus ſuppeditant. Cum de tabularum harum elementis jam alibi fuſius egerimus, ſufficiet, hic illarum uſus demonſtrare et exemplis illuſtrare.

Problema I.

Datum tempus ſidereum convertere in medium.

Exemplum I.

Obſervata eſt anno 1791 Gothae die 31 Januarii culminatio planetae *Urani* hora 8 59′ 36,″374 tempore ſidereo, quaeritur tempus ſolare medium.

				☊
E tab. III epocha Æ mediae ſolis 1791 . .	18h	40′	13,″089	424
— tab. IV pro die 31 Januarii	2	2	13, 215	5
— tab. VIII aequatio punct. aequin. cum arg. ☊ 429	+		0, 474	429
— tab. IX pars II aequat. punct. aequin. cum arg. long. ☉ 10s 11°	+		0, 068	
Æ media ſolis ab aequinoctio vero . . .	— 20h	42′	26,″846	
Tempus ſidereum datum	8	59	36, 374	
Tempus medium approximatum	12h	17′	9,″528	
E tab. XV acceleratio				
pro 12h . . . 1′ 57,″954				
17′ . . . 2, 785				
9,″5 0, 026				
2′ 0,″765	—	2	0, 765	
Tempus ſolare medium quaeſitum	12h	15′	8,″763	
Cl. *DELAMBRE* in tabulis ſuis habet . .	12	15	8, 88	
Tabulae noſtrae mot. ſolis ao. 1792 ed. pag. 76	12	15	8, 683	

Exemplum II.

Anno 1787 die 18 Januarii obſervata eſt in obſervatorio regio Grenovicenſi initium eclipſis Solis tempore vero ſidereo 18h 5′ 4″; quaeritur tempus ſolare medium hujus obſervationis.

				☊
E tab. III epocha Æ mediae ſolis 1787 . . .	18h	40′	5,″761	209
— tab. I reduct. epoch. pro differ. meridianor.	+		7, 052	
— tab. IV pro die 18 Januarii	1	10	57, 996	3
— tab. VIII aequat. punct. aequin. c arg. ☊ 212	+		1, 069	212
— tab. IX pars II aequat. punct. aequin. cum arg. long. ☉ 9s 28°	+		0, 058	
Æ media ſolis ab aequinoctio vero . . .	— 19h	51′	11,″936	
Tempus ſidereum datum	18	5	4, 000	
Tempus medium approximatum	22h	13′	52,″064	
E tab. XV acceleratio				
pro 22h . . . 3′ 36,″249				
13′ . . . 2, 130				
52,″0 0, 142				
3′ 38,″521	—	3	38, 521	
Tempus ſolare medium quaeſitum	22h	10′	13,″543	
Cl. *DELAMBRE* in tabulis ſuis habet . .	22	10	13, 67	
Tabulae noſtrae ſolares anno 1792 ed. pag. 77 .	22	10	13, 480	

Problema II.

Datum tempus ſidereum convertere in tempus ſolare verum.

Exemplum.

Sit tempus ſidereum obſervationis eclipſis ſolis, in Exemplo II Problematis I allatum, in tempus ſolare verum vertendum.

Converſo tempore ſidereo in tempus ſolare medium quaeritur aequatio temporis ſequenti modo.

	I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	☊
Per tab. III arg. ad annum 1787 . . .	778	372	994	544	146	377	711	189	130	900	209
— tab. VI arg. pro 18 Januarii . . .	49	610	31	23	45	48	12	3	4	2	3
— tab. VII arg. pro 22^h 10′ t. m. .	3	31	2	1	2						
	330	13	27	568	193	425	723	192	134	902	212

AR. med ⊙ ex ſup. exempl. II = 19^h 51′ 11,″936
E tab. VII mot. med ſolis
pro 22^h 10′ 13,″5 t. m. . . . . + 2 38, 522

AR. med. ⊙ arg. tab. X . . . 19^h 54′ 50,″458 + 11′ 12,″86
Variatio ſecularis ab anno 1800 usque ad 1787 . . . . + 1, 05
Proinde aequatio temporis = + 11′ 14,″81

Argumenta reliqua modo ſequenti formantur.

Arg. XI = 2 Arg. III + Arg. VII = 730
Arg. XII = Arg. III + Arg. VII = 777
Arg. XIII = 2 Arg. VII — Arg. III = 419
Arg. XIV = Arg. IV — Arg. VIII = 376
Arg. XV = 2 Arg. IV — Arg. VIII = 944
Arg. XVI = 2 Arg. VIII — Arg. IV = 816
Arg. XVII = Arg. V — Arg. IX = 59
Arg. XVIII = 2 Arg. V — Arg. IX = 858
Arg. XX = 2 Arg. I + Arg. ☊ + 500 = 872

Aequationes tabulae XI.

Arg. = +		Arg. = +	
II	= 1,″05	XI	= 0,″99
III	= 0, 90	XII	= 1, 00
IV	= 0, 87	XIII	= 0, 94
V	= 0, 66	XIV	= 0, 97
VI	= 0, 99	XV	= 1, 04
VII	= 0, 96	XVI	= 1, 00
VIII	= 1,″12	XVII	= 1, 07
IX	= 0, 88	XVIII	= 1, 04
X	= 1, 01	☊	= 1, 09
		XX	= 1, 09
	8,″43		10,″23
			8, 43

Summa aequat. + 18,″66
Pars conſtans . . . — 19, 00
Summa aeq. = — 0,″34

— 0, 34
Aequatio temp. = + 11′ 14,″47
Tempus med. 22^h 10′ 13,″543 in verum vertendum . . . . . 22^h 10 13, 543
Mutando ſignum aequationis temp. erit tempus verum quaeſitum . . . . . = 21^h 58′ 59,″073
Hanc aequationem temporis Cl. *DELAMBRE* ex tabulis ſuis invenit . . . . . + 11′ 16,″5
Inde tempus verum . . . . . 21^h 58′ 57,″17

Differentia haec notabilis duorum minutorum ſecundorum ortum trahere videtur ex erroneo termino ſecundo formulae generalis apud Cl. *DELAMBRE*, ut ſupra jam pag. 179 commemoravimus.

Problema III.

Datum tempus ſolare medium vertere in ſidereum.

Exemplum.

Anno 1787 die 2 Januarii obſervata eſt culminatio *Veneris* Maſſiliae tempore ſolari medio $0^h\ 17'\ 25,''5$; quaeritur tempus ſidereum habitae obſervationis.

				Ω
E tab. III epocha Æ mediae ſolis 1787 . . .	18^h	$40'$	$5,''761$	209
— tab. I reduct. epoch. pro differ. meridianor.	+		3, 524	
— tab. IV pro die 2 Januarii		7	53, 110	
— tab. VII mot. med. ☉ pro $0^h\ 17'\ 25,''5$ . .			2, 862	
— tab. VIII aequat. punct. aequin. c. arg. Ω 209	+		1, 064	
— tab. IX pars II aequat. punct. aequin. cum arg. long. ☉ $9^s\ 11°$	+		0, 025	
	18^h	$48'$	$6,''346$	
Tempus datum ſolare medium	0	17	25, 5	
Tempus verum ſidereum	19^h	$5'$	$31,''846$	
Cl. *DELAMBRE* in tabulis ſuis habet . .	19	5	31, 92	
Tab. noſtra ſolaris pag. 78	19	5	31, 946	

Problema IV.

Datum tempus ſolare verum vertere in ſidereum.

In exemplo problematis II ſupra allato, converſio temporis ſidereum in tempus verum ſolare, nulla laborat difficultate, quoniam tempus ſidereum in tempus ſolare medium ſine ullo impedimento verti poteſt, pro quo tempore illico aſcenſionem rectam mediam ſolis, id eſt, argumentum quaeſitum tabulae X poteris computare. Sed non ita ſe habet res convertendo tempus ſolare verum in ſidereum. Hic ſupponitur, aequationem temporis jam praecognitam eſſe. V. g. in exemplo ſequenti Æ. media ſolis pro $4^h\ 7'\ 19''$ tempore vero, interea adhibito loco tempore medio nondum cognito, eſt $15^h\ 29'\ 15,''647 =$ Arg. approximato tabulae X, cum quo aequationem temporis approximatam invenies $— 15'\ 29,''2$. Adde vel ſubtrahe, prout aequatio temporis additiva vel ſubtractiva erit, motum medium ſolis pro hac quantitate aequationis temporis ad aſcenſionem rectam mediam et obtinebis argumentum verum tabulae X. Pro-

Inde in hoc exemplo erit mot. med. ☉ pro — 15′ 29,″2 = — 2,″544, a 15ʰ 29′ 15,″647 ſubtrahendus. Argumentum tabula X erit itaque 15ʰ 29′ 13,″103.

Sit tempus verum 4ʰ 7′ 19,″0 Pariſiis die 13 Novembris 1805 in tempus ſidereum vertendum.

Pro	AR. media ☉	I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	☊
III 1805	18ʰ 38′ 40,″450	777	988	253	973	627	765	229	331	649	512	176
I Red. epoch. Parif.	+ 5, 517	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
IV 13 Novbr.	20 49 58, 037	832	294	521	391	762	804	210	52	70	28	43
V 31 Octobr. }	. . . . .	36	440	22	16	33	34	9	2	3	1	2
VI 13 dieb. }	. . . . .	..	6	..	..	..	..	..	..	..	..	..
VII 4ʰ 7′ 19″ }	+ 40, 627	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
VIII ☊ 222	+ 1, 084	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
IX P. II. ☌	— 0, 068	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
AR. med. ☉ approx.	15ʰ 29′ 15,″647	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
Mot. med. ☉ ex tabula VII pro aequ. tempor. approx.	. . . . .	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
— 15′ 29,″2	— 2, 544	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..	..
AR. med. ☉ arg. tab. X	15ʰ 29′ 13,″103	645	728	796	380	422	603	448	385	722	541	223

Cum hoc argumento erit e tab. X . . — 15′ 28,″80
Var. ſecular. ab anno 1806 usque ad 1805 — 0, 46
Proinde aequatio temp. = — 15′ 29,″26

Modo ſimili ut in exemplo Probl. II. argumenta reliqua formantur.

Arg. XI = 244
Arg. XII = 40
Arg. XIII = 100
Arg. XIV = 995
Arg. XV = 375
Arg. XVI = 390
Arg. XVII = 700
Arg. XVIII = 122
Arg. XX = 13

— 0, 80

Aequat. tab. XI.

Arg.	= +	Arg.	= +
II	= 0,″51	XI	= 1,″02
III	= 0, 83	XII	= 0, 99
IV	= 1, 15	XIII	= 0, 98
V	= 0, 64	XIV	= 1, 02
VI	= 1, 02	XV	= 0, 96
VII	= 0, 82	XVI	= 0, 99
VIII	= 0, 98	XVII	= 1, 02
IX	= 1, 16	XVIII	= 1, 03
X	= 0, 98	☌	= 1, 09
		XX	= 1, 01
	8,″09		10,″11
			8, 09
Summ. aequat.	+		18,″20
Pars conſt.	—		19, 00
Summ. aequat.	—		0,″80

Aequatio temporis . . . . . — 15′ 30,″06
Tempus verum datum 4ʰ 7 19, 0
Tempus medium . . . . . 3ʰ 51′ 43,″94
AR. media ☉ pro hoc temp. medio 15 29 13, 10
Tempus ſidereum quaeſitum . . . 19ʰ 21′ 2,″04
Hanc temporis aequationem Cl. *DE-LAMBRE* invenit juſta aliquantulum minorem . . . . . — 15′ 29,″2

De luminis aberratione, qua ſtellarum errantium loca afficiuntur.

Aberratio, ſeu mutatio, quam propagatio ſucceſſiva luminis ſtellarum inerrantium locis infert, neceſſario et planetarum cometarumque loca afficere et mutare debet. Calculus hujus quantitatis perfacile abſolvitur dato motu geocentrico ſideris, et data ejusdem diſtantia a terra. Nam in aſtronomiae elementis paſſim demonſtratur, eorumdem aberrationem tum in longitudinem, latitudinem, aſcenſionem rectam, tum in declinationem ſemper aequalem eſſe motui geocentrico in long. latit. aſcenſ. rect. et in declinat. qui huic temporis intervallo, quo lux a ſidere, planeta vel cometa, ad terram usque pervenit, reſpondeat. *) Lux diſtantiam mediam telluris a ſole inter tempus 8′ 13,″2 percurrit, adeoque quamvis aliam diſtantiam D in $(8' 13,''2) \times D$ temporis intervallo. Sit porro motus geocentricus planetae diurnus $= g$, erit hic motus dato tempore

$$= \frac{8' 13,''2}{24^H} \cdot D.g = \frac{493,''2}{1440'} \cdot D.g,$$

ſi motus geocentricus diurnus habetur in minutis *primis*; vel $\frac{493,''2}{86400''} \cdot D.g$, ſi motus hic datur in minutis ſecundis. Hinc horum factorum conſtantium logarithmi erunt:

pro motu *diurno* geocentrico ſideris

in minutis primis = Log. 9,5346606
in minutis ſecundis = Log. 7,7565094

pro ejusdem motu *horario* geocentrico

in minutis primis = Log. 0,9148718
in minutis ſecundis = Log. 9,1367206.

1) Sit e. g. aberratio ſolis determinanda. Diſtantia hujus ſideris a tellure $D = 1$, motus diurnus $g = 59' 8,''3 = 3548,''3$, cujus logarithmus ad logarithmum conſtantem 7,7565094 additus, dabit effectum aberrationis $= 20,''255$.

Effectus itaque aberrationis pro aliis diſtantiis et motibus etiam ſic exprimi poterit $\frac{20,''255}{59' 8,''3} \cdot D.g = \frac{20,''255}{3548,''3} \cdot D.g$.

*) *Mém. de l'Acad. R. des ſciences de Paris, 1746*, pag. 567.

2) Qui-

2) Quinam eſt effectus aberrationis in lunam? Diſtantia lunae a tellure eſt = 0,00253 = D, motus diurnus lunae medius = 13° 10′ 35″ = 47435″ = g. Additis itaque logarithmis D et g cum logarithmo conſtante, effectus aberrationis invenietur = 0,″685, ob exiguitatem omnino negligendus.

Quantitates aberrationis adhibentur aut loco *calculato* ſeu *vero*, aut loco *obſervato* ſeu *apparenti*, prout calculi natura poſtulat. In primo caſu effectus aberrationis ſemper directioni motus planetae oppoſitus, itaque ſigno contrario adhibendus eſt. Hinc, ſi longitudo (vel aſcenſ. rect. vel latit. vel decl. etc) planetae creſcit, ſubtrahenda eſt quantitas aberrationis a loco planetae calculo eruto ſeu *vero*; ſi vero longitudo etc. decreſcit, addenda eſt ad planetae locum per tabulas calculatum, ut habeatur locus *apparens*. E contrario, addenda eſt aberratio in primo caſu, hoc eſt, longitudine creſcente, ad locum *apparentem* ſeu obſervatum; ſubtrahenda in ſecundo caſu, hoc eſt, longitudine decreſcente, a loco *apparente* ſeu obſervato, ut habeatur locus *verus*.

Tradunt has regulas perperam *Cl. CLAIRAUT* in *commentariis reg. ſcient. acad. Pariſienſ.* ad annum 1746, pag. 539 et poſt hunc Cl. *DE LA CAILLE* in *aſtronomiae elementis*, *Pariſ.* edit. IV, art. 595, prout monet Cl. *PINGRÉ* in *Comètographie*, Tom. II, pag. 258. Ad tollendum omne in poſterum haeſitationis et hallucinationis periculum, juvabit praecepta haec in ſequenti tabella ante oculos ponere.

Ad reducendum	Signum algebr. quo effectus aberrationis adhibendus	Si motus in long. AR. etc. ſideris erratici
locum plan. verum ſeu	—	directus
calculatum in *apparentem*	+	retrogradus
locum plan. appar. ſeu	+	directus
obſervatum in *verum*	—	retrogradus

Sunt aſtronomi aliqui, ut Cl. *EULER*, *DE LA CAILLE*, *DE LA LANDE*, qui planetarum loca, quae e tabulis aſtronomicis immediate deducuntur, loca *media* appellare ſolent. Utatur quivis nomine, quo lubet; modo explicet, quo ſenſu idem acceptum velit. Nobis loca, quae calculo ex tabulis planetariis obtinentur, *vera* ſunt, *apparentia* contra, prout haec per obſervationes

obtinemus, ut in prima editione tabularum noſtrarum ſolis pag. 143 jam monuimus. Si ſtellarum itaque ſive errantium, ſive inerrantium loca ex planetarum tabulis, vel ex fixarum catalogo petantur, ab aberrationis et nutationis effectibus immunia et *vera* ſunt. Si vero illis earumdem effectus cum tabularum ſignis applicentur: vertuntur in *apparentia*. Contra ea, ſiderum obſervata loca apparentia aberrationis nutationisque effectibus inquinata ſunt, quae, ſi ab his effectibus in tabulis exhibitis purgentur et ſignis contrariis applicentur, vertuntur hoc modo in loca *vera*. Nobis itaque loca *vera* et *media* idem ſignificant, quod propter aliorum auctorum mentem probe notandum duximus; a nobis vero denominatio *loci medii* nunquam uſurpatur

Poteſt quantitas aberrationis $\frac{493,''2}{1440'}$. *D. g* ad calculi commoditatem per tabulam exhiberi; ſed cum in praxi moleſtum nimis et faſtidioſum ſit, tabula ex duobus argumentis conflata uti: *Cl. LAMBERT* hanc artificio quodam ad unicum reduxit argumentum, ponendo nimirum:

$$4.\ D.\ g = [(D+g)^2 - (D-g)^2]$$

unde aberratio erit:

$$\frac{493,''2}{5760'}\ [(D+g)^2 - (D-g)^2]$$

Dedit CL. *LAMBERT* ſecundum hanc formulam tabulam generalem aberrationis in *collectione tabularum aſtronomicarum Reg. ſcient. acad. Berolinenſ.* Tomo III, pag. 162, exprimendo motum geocentricum ſideris ejusdemque diſtantiam a tellure in minutis primis, poſita illa ſolis a terra = 10 Min. Eandem hanc tabulam ſecundum formulam allatam, ad numeros recentiores exaequatam, et calculo ab ovo ſubjectam in calculatorum gratiam ſubjiciemus.

TABVLA GENERALIS

pro aberratione lucis.

Arg. D + g / D − g	Aberratio	Arg. D + g / D − g	Aberratio	Arg. D + g / D − g	Aberratio	Arg. D + g / D − g	Aberratio
0° 0′	0,″00	0° 40′	13,″70	1° 20′	54,″80	2° 0′	123,″30
0 1	0, 01	0 41	14, 39	1 21	56, 18	2 1	125, 36
0 2	0, 03	0 42	15, 10	1 22	57, 58	2 2	127, 44
0 3	0, 08	0 43	15, 83	1 23	58, 99	2 3	129, 54
0 4	0, 14	0 44	16, 58	1 24	60, 42	2 4	131, 66
0 5	0, 22	0 45	17, 34	1 25	61, 86	2 5	133, 79
0 6	0, 31	0 46	18, 12	1 26	63, 33	2 6	135, 94
0 7	0, 42	0 47	18, 91	1 27	64, 81	2 7	138, 11
0 8	0, 55	0 48	19, 72	1 28	66, 31	2 8	140, 29
0 9	0, 70	0 49	20, 56	1 29	67, 82	2 9	142, 49
0 10	0, 86	0 50	21, 41	1 30	69, 36	2 10	144, 71
0 11	1, 03	0 51	22, 27	1 31	70, 91	2 11	146, 94
0 12	1, 23	0 52	23, 15	1 32	72, 47	2 12	149, 19
0 13	1, 45	0 53	24, 05	1 33	74, 05	2 13	151, 46
0 14	1, 68	0 54	24, 97	1 34	75, 66	2 14	153, 75
0 15	1, 93	0 55	25, 90	1 35	77, 28	2 15	156, 05
0 16	2, 19	0 56	26, 85	1 36	78, 91	2 16	158, 37
0 17	2, 47	0 57	27, 82	1 37	80, 56	2 17	160, 71
0 18	2, 77	0 58	28, 80	1 38	82, 23	2 18	163, 06
0 19	3, 09	0 59	29, 80	1 39	83, 92	2 19	165, 43
0 20	3, 42	1 0	30, 82	1 40	85, 62	2 20	167, 82
0 21	3, 77	1 1	31, 86	1 41	87, 35	2 21	170, 23
0 22	4, 14	1 2	32, 91	1 42	89, 09	2 22	172, 65
0 23	4, 53	1 3	33, 98	1 43	90, 84	2 23	175, 10
0 24	4, 93	1 4	35, 07	1 44	92, 61	2 24	177, 56
0 25	5, 35	1 5	36, 18	1 45	94, 40	2 25	180, 03
0 26	5, 79	1 6	37, 30	1 46	96, 21	2 26	182, 52
0 27	6, 24	1 7	38, 44	1 47	98, 03	2 27	185, 03
0 28	6, 71	1 8	39, 59	1 48	98, 87	2 28	187, 55
0 29	7, 20	1 9	40, 77	1 49	101, 73	2 29	190, 10
0 30	7, 71	1 10	41, 96	1 50	103, 61	2 30	192, 66
0 31	8, 23	1 11	43, 16	1 51	105, 50	2 31	195, 24
0 32	8, 77	1 12	44, 39	1 52	107, 41	2 32	197, 83
0 33	9, 32	1 13	45, 63	1 53	109, 33	2 33	200, 44
0 34	9, 90	1 14	46, 89	1 54	111, 28	2 34	203, 07
0 35	10, 49	1 15	48, 16	1 55	113, 24	2 35	205, 71
0 36	11, 10	1 16	49, 46	1 56	115, 22	2 36	208, 38
0 37	11, 72	1 17	50, 77	1 57	117, 21	2 37	211, 06
0 38	12, 36	1 18	52, 09	1 58	119, 22	2 38	213, 76
0 39	13, 02	1 19	53, 44	1 59	121, 25	2 39	216, 47
0 40	13, 70	1 20	54, 80	2 0	123, 30	2 40	219, 20



Sit e. g. aberratio in long. et in latit. cometae anni 1769 die 21 Aug. ex tabula appoſita petenda.

Refert Cl. *PINGRÉ* *) motum diurnum geocentricum hujus cometae in long. fuiſſe $= 1^\circ\ 3' = g$, in latit. $= 25'$, diſtantiam cometae a tellure $= 6,'67 = D$ (quia tabula noſtra, ut ſupra diximus, diſtantiam ſolis a tellure ſupponit $= 10'$). Erit itaque.

Arg. I $= D + g = 1^\circ\ 9,'67$ ex tabula . . .	41,″57
Arg. II $= D - g = 0\ 56, 33$	27, 17
Aberratio in long.	14,″40
Cl. *PINGRÉ* per calculum trigonometr. eandem invenit .	14,″2

Pro latitudine:

Arg. I $= D + g = 31,'67$ ex tabula	8,″59
Arg. II $= D - g = 18, 33$	2, 88
Aberratio in latit.	5,″71
Cl. *PINGRÉ* habet	5,″6

Si diſtantia data ſideris a terra in tabula non habetur, poteris tamen quantitatem aberrationis huic diſtantiae reſpondentem elicere, multiplicando per 4 aberrationem dimidiae diſtantiae *reſpondentem*. Sic pro diſtantia 1° aberratio eſt 30,″82, ergo pro diſtantia $2^\circ = 30,''82 \times 4 = 123,''28$, quae cum tabula congruit. Sit exempli gratia motus geocentricus diurnus in long. cujusdam cometae $= 2^\circ\ 15'$, ejusdem diſtantia a tellure $= 43'$: jam quaeritur aberratio hujus ſideris. Erunt argumenta:

Arg. I $= D + g = 2^\circ\ 58'$
Arg. II $= D - g = 1\ 32$

Sed cum tabula noſtra Arg. I non exhibeat, ſume ejusdem medietatem $1^\circ\ 29'$, et aberratio in tabula reſpondens erit

67,″82 × 4	271,″28
pro Arg. II $= 1^\circ\ 32'$ tabula habet . . .	72, 47
	198,″81
Ergo aberratio quaeſita in long.	$3'\ 18,''81$

Si motus geocentricus in long. $g = 0$, quod tunc evenit, quando planeta fit ſtationarius; aberratio evaneſcit, et nulla eſt.

Sit diſtantia ſideris erratici a ſole $= r$, ejusdem diſtantia a tellure $= \varrho$, diſtantia ſolis a tellure $= R$.

*) *Comètographie*, Tom. II, pag. 258.

Elongatio planetae $=$ long. geocentr. plan. — long. $\odot = E$.

Parallaxis annua plan. $=$ long. helioc. plan. — long. geoc. plan. $= P$.

Commutatio plan. $= 180° - (E + P) = C$.

Latitudo plan. $= \lambda$.

Planetarum vel cometarum aberratio in long. ſemper erit:

$$\frac{20,''255}{\text{cof.}\,\lambda}\left(\text{cof.}\,E + \frac{\sqrt{R}\,\text{cof.}\,P}{\sqrt{r}}\right)$$

Terminus primus hujus formulae non ſolum omnibus planetis ſed etiam omnibus fixis communis eſt; terminus ſecundus vero a quovis planetae motu proprio pendet. Liquet perinde ex formula, ſummam vel differentiam aberrationum in conjunctione et in oppoſitione planetarum cum ſole conſtanter fore $= 40,''51$. Nam cum in utroque caſu coſin. elongationis ∓ 1, et ſecunda pars formulae propter ſigna algebraica contraria plane evaneſcat, ſumma vel differentia aberrationum neceſſario ſemper erit $= 20,''255 \times 2 = 40,''510$.

In conjunctionibus planetarum inferioribus et in oppoſitione planetarum ſuperiorum cum ſole, elongatio ſemper eſt $= 180° = -1$, et parallaxis annua $= 0$. Hinc aberratio in long. erit

$$\frac{20,''255}{\text{cof.}\,\lambda}\left(-1 + \frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right)$$

In ſuperioribus autem conjunctionibus planetarum inferiorum et ſuperiorum aberratio haec erit

$$\frac{20,''255}{\text{cof.}\,\lambda}\left(1 + \frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right)$$

Haec omnia inveſtigata ſunt nulla excentricitatis orbitarum habita ratione, et poſitis diſtantiis a ſole mediis, quam ſuppoſitionem, ſi *Mercurii* et *Martis* orbitam exceperis, ſemper tuto adhibere potes. Sit e. g. effectus aberrationis lucis in conjunctione Veneris ſuperiore et inferiore quaerendus.

Diſtantia media *Veneris* a ſole eſt $= 0,7233323 = r$, poſita illa terrae $= 1 = R$; erit aberratio in conjunctione ſuperiore

$$\frac{20,''255}{\text{cof.}\,\lambda}\left(1 + \frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right) = \frac{20,''255}{\text{cof.}\,\lambda}\left(1 + \frac{1}{\sqrt{0,7233323}}\right) = +44,''0706 : \text{cof.}\,\lambda.$$

Signum praefixum — eſt, quia motus planetae in conjunctionibus ſuperioribus directus eſt.

Pro conjunctione inferiore habemus

$$\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(-1+\frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right)=\frac{20,''255}{\text{cof.}\lambda}\left(-1+\frac{1}{\sqrt{0,723323}}\right)=+\,3,''5606:\text{cof. }\lambda.$$

Signum + manet, quia motus planetae in conjunctionibus inferioribus retrogradus eſt, ideoque effectus aberrationis loco vero adhibendus erit + 3,″5606 : cof. λ; et ſumma algebraica ambarum aberrationum, ut ſupra diximus, — 44,″0706 + 3,″5606 = 40,″5100.

Propter exiguam planetarum latitudinem cofin. λ non multum ab unitate differt, igitur plerumque negligi poteſt.

Quaeratur effectus aberrationis pro longitudine planetae *Urani* in oppoſitione et in conjunctione cum ſole, cujus diſtantia $r = 19,183305$.

Aberratio in oppoſitione

$$\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(-1+\frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right)=\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(-1+\frac{1}{\sqrt{19,183305}}\right)=-\,15,''6304:\text{cof. }\lambda$$

Signum praefixum + eſt, quia motus planetae in oppoſitionibus retrogradus eſt.

Aberratio in conjunctione

$$\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(1+\frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}\right)=\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(1+\frac{1}{\sqrt{19,183305}}\right)=+\,24,''8796:\text{cof. }\lambda.$$

Propter motum planetae directum in conjunctionibus hoc ſignum — ſit; ideoque differentia algebraica (quia *Uranus* planeta ſuperior eſt) — 15,″6304 + 24,″8796 = 40,″5100.

Quantitatem aberrationis in aliis orbitae punctis facile invenies, cum ex ephemeridibus aſtronomicis (e. g. Grenovicenſibus et Berolinenſibus) elongationem et parallaxin annuam in promtu habeas, ubi planetarum loca tum heliocentrica, tum geocentrica exhibentur.

Sit v. g. effectus aberrationis pro longitudine *Urani* die 1 Aug. 1807 ſupputandus.

Ex ephemerid. aſtronom. Berolin. pro hac die eſt long. geocentr. ♅ = 6ˢ 26° 32′, long. ☉ = 4ˢ 8° 12′, ergo elongatio 78° 20′, long. helioc. ♅ = 6ˢ 29° 38′, unde parallaxis annua 3° 6′, latitudo 0° 32′. Hinc terminus primus formulae + 4,″0961, terminus ſecundus + 4,″6180, et aberratio tota + 8,″7141 et quia motus planetae directus eſt, ſignum mutatur, et aberratio adhibenda erit — 8,″7141.

Fit interdum, ut in ephemeridibus aſtronomicis longitudo heliocentrica planetae non habeatur (v. g. in *Ephem. Pariſin. Mediolan.*

Vleimenſibus). Poteris tunc parallaxin annuam ad ſcopum praeſentem ſatis accurate ſupputare, per formulam $\frac{\text{ſin. } E}{r}$. In exemplo *Urani* ſupra allato ſin. elong. 78° 20′ diviſus per diſtantiam 19,183305 dat parallaxin annuam 2° 55′, quam ſupra quidem ex ephem. aſtronom. 3° 6′ invenimus; ſed haec differentia hic nullius eſt momenti, cum nec 0,"0008 aberrationis partem mutet, ut calculum tentanti liquebit.

Qui diſtantiam planetae a terra minus accurate et ad finem noſtrum ſatis ſufficienter noſſe cupit, poterit eandem per formulam ſupputare $\frac{\text{ſin. } C}{\text{ſin. } P}$; e. g. in exemplo cometae ſupra propoſito habet Cl. *PINGRÉ* diſtantiam hujus ſideris a ſole 1,32017, long. ☉ 149° 7′ 43°, long. geoc. cometae = 47° 2′ 3°. Hinc parallaxis annua 47° 47′ 20", commutatio 30° 7′ 0°, et diſtantia cometae a tellure 0,677. Cl. *PINGRÉ* calculo curatiore invenit 0,66695.

Poteris etiam diſtantiam ſideris a terra per ſequentem invenire formulam cof. E + r cof. P, quam calculo peracto invenies = 0,67746.

Qui majorem accurationem deſiderant, ſumant loco diſtantiarum mediarum terrae et planetae a ſole eorumdem radios vectores R' et r', et elongationem E, parallaxin P non in orbita planetae, ſed ad ecliptican reductas, ſcilicet per

$$\text{cof. } E' = \text{cof. } E : \text{cof. lat. helioc.}$$

$$\text{cof. } P' = \text{cof. } P : \text{cof. lat geoc.}$$

et erit diſtantia vera planetae a terra = R′ cof. E′ + r′ cof. P.

In praemiſſis planetarum orbitas aſſumſimus circulares, nulla excentricitatis habita ratione; ſed cum orbitae hae revera ellipticae ſint, propter mutabiles illorum diſtantias a ſole, neceſſario et illorum aberrationis effectus mutari debent. Qui igitur hos effectus ſubtilius indagare cupiunt, per ſequentem formulam ad calculum vocare poterunt, ubi ſemiaxis major orbitae planetae = a, ejusdem excentricitas = e.

Aberratio planetae in longitudinem erit:

$$\frac{8'\ 13.''2}{1^{\text{hora}}}\left\{\text{cof. elong.}\frac{1}{\sqrt{1-ee}}\left(1-e\ \text{cof. anom. verae}\cdot\delta\right)\right\}\text{mot. med. horar.}\cdot\delta +$$

$$+\frac{8'\ 13.''2}{1^{\text{h.}}\ \text{cof. lat. geoc.}}\left\{\text{cof. parall. ann}\frac{a}{\sqrt{aa-ee}}\left(a-e\ \text{cof. an. ver. plan.}\right)\text{cof.}^2\ \text{lat. hel.}\right\}\begin{matrix}\text{mot. med.}\\ \text{hor. plan.}\\ \text{in orbita.}\end{matrix}$$

Pars prima hujus formulae a telluris orbita et ejusdem motu dimno pendet, et omnibus planetis, ut et fixis communis eſt; et cum terreſtris orbitae excentricitas ſit = 0,01679121, et motus horarius medius = 2' 27,"8, abit haec formulae pars in ſequentes numeros:

20,"255 cof. E — 0,"340 cof. E cof. anom. verae ⊙

vel

20,"255 cof. E—0,"170 cof. (E+anom.ver.⊙)—0,"170 cof.(E—an.ver.⊙)

Quoniam vero E = long. ⊙ — long. geoc. planet. et

Anom. vera ⊙ = long. ⊙ — apogaeum ⊙.

Erit: E + anom. vera ⊙ = 2 long. ⊙ — apog. ⊙ — long. geoc. plan. et E — anom. vera ⊙ = apog. ⊙ — long. plan. geoc.

In ſecunda parte formulae, quae ſolum a planetarum orbitis pendet, ſequens ſubſtitutio et transformatio applicari poterit.

Eſt enim:

cof.² latit. hel. = 1 — ſin.² lat. hel. = 1 — ſin.² inclin. orb. ſin.² arg. latit. = = 1 — ½ ſin.² J (1 — cof. 2 arg. latit.) = 1 — ½ ſin.² J — ½ ſin.² J cof. 2 arg. latit.

Subſtituendo et reducendo obtinebimus:

$$\frac{0,13^{m}0000}{\text{cof. lat. geoc.}}\left\{\begin{array}{l} +(1-\tfrac{1}{2}\sin.^2 J)\cos P.\left(\frac{aa}{\sqrt{aa-ee}}\right) \\ -(1-\tfrac{1}{2}\sin.^2 J)\cos. P.\cos.\text{anom. ver.}\left(\frac{ae}{\sqrt{aa-ee}}\right) \\ -\tfrac{1}{2}\left(\frac{aa}{\sqrt{aa-ee}}\right)\cos. P.\sin.^2 J.\cos. 2\text{ arg. latit.} \\ +\tfrac{1}{2}\left(\frac{aa}{\sqrt{aa-ee}}\right)\cos. P.\sin.^2 J\cos. 2\text{ arg. latit.} \end{array}\right\}\text{mot. med. hor. plan. in orbita.}$$

Aſſumtis igitur pro quovis planeta eorumdem orbitarum dimenſionibus et motibus mediis horariis, harum aberrationum effectus generales in longitudinem in numeros redactos ſequentes erunt, in quibus termini ab anomalia vera et ab argum. latit. pendentes, duntaxat in *Mercurio* aliquid momenti, apud ceteros planetas vero omnino negligendi ſunt.

Pro *Mercurio:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 32,"78 cof. P + 6,"75 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)
— 0,"12 cof. (2 arg. lat. ± P)
— 0,"12 cof. (2 arg. lat. ∓ P + VI^{s}).

Pro

Pro *Venere:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 23,"96 cof. P + 0,"16 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Marte:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 16,"51 cof. P + 1,"52 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Cerere:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 12,"30 cof. P + 0,"34 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Pallade:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 12,"47 cof. P + 1,"07 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Junone:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 12,"66 cof. P + 1,"13 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Jove:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 8,"89 cof. P + 0,"42 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Saturno:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 6,"57 cof. P + 0,"37 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro *Urano:*

— 20,"255 cof. E — 0,"34 cof. (long. geoc. — apog. ⊙)
— 4,"63 cof. P + 0, 21 cof. (long. geoc. — aphel. plan.)

Pro planetarum latitudine formulae generales aberrationum hae erunt.

Aberratio omnibus planetis communis:
= 20,"255 fin. E fin. latit. geoc.

Particularis pro *Mercurio:*

32,"78 fin. P. fin. latit. geoc.
6,"75 fin (long. geoc. — aphel. plan.) fin. latit. geoc.
4,"02 cof. arg. latit.

Pro *Venere*: 23,"96 ſin. P. ſin. latit. geoc.
0, 16 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
1, 42 coſ. arg. latit.

Pro *Marte*: 16,"51 ſin. P. ſin. latit. geoc.
1, 52 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
0, 53 coſ. arg. latit.

Pro *Cerere*: 12,"30 ſin. P. latit. geoc.
0, 34 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
2, 31 coſ. arg. latit.

Pro *Pallade*: 12,"47 ſin. P. ſin. latit. geoc.
1, 07 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
8, 61 coſ. arg. latit.

Pro *Junone*: 12,"66 ſin. P. ſin. latit. geoc.
1, 13 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
2, 94 coſ. arg. latit.

Pro *Jove*: 8,"89 ſin. P. ſin. latit. geoc.
0, 42 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
0, 20 coſ. arg. latit.

Pro *Saturno*: 6,"57 ſin. P. ſin. latit. geoc.
0, 37 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
0, 29 coſ. arg. latit.

Pro *Urano*: 4,"63 ſin. P. ſin. latit. geoc.
0, 21 ſin. (long. geoc. — aphel. plan.) ſin. latit. geoc.
0, 06 coſ. arg. latit.

Dedit Cl. *DELAMBRE* planetarum tabulas aberrationum ſpeciales in *Ephemerides des mouvemens céleſtes etc. tome VIII*, pag. CI et pag. 73, in iisdem Ephemeridibus tomo IX, pag. 234 et in *Conn. des tems, année 1794*, pag. 206. Sed cum hae, exceptis recentiorum planetarum tabulis, ad congeriem XXXII, et cum illis, ad acervum XLIV tabularum exſurgant: adnitendum duxi, ut ad majus redigerentur compendium, quod et logarithmorum conſtantium ope, et pauciſſimis tabulis hic exhibitis ſequente praeſtiti modo.

TABVLAE GENERALES

ad ſupputandos aberrationis lucis effectus in planetarum longitudinem et latitudinem.

TABVLA I.

Grad.	O^s — VI^s +	I^s — VII^s +	II^s — VIII^s +	Grad
0°	20,″26	17,″54	10,″13	30°
1	20, 25	17, 36	9, 82	29
2	20, 24	17, 18	9, 51	28
3	20, 23	16, 99	9, 20	27
4	20, 21	16, 79	8, 88	26
5	20, 18	16, 59	8, 56	25
6	20, 14	16, 39	8, 24	24
7	20, 10	16, 18	7, 91	23
8	20, 06	15, 96	7, 59	22
9	20, 01	15, 74	7, 26	21
10	19, 95	15, 52	6, 93	20
11	19, 88	15, 29	6, 59	19
12	19, 81	15, 05	6, 26	18
13	19, 74	14, 81	5, 92	17
14	19, 65	14, 57	5, 58	16
15	19, 56	14, 32	5, 24	15
16	19, 47	14, 07	4, 90	14
17	19, 37	13, 81	4, 56	13
18	19, 26	13, 55	4, 21	12
19	19, 15	13, 29	3, 87	11
20	19, 03	13, 02	3, 52	10
21	18, 91	12, 75	3, 17	9
22	18, 78	12, 47	2, 82	8
23	18, 64	12, 19	2, 47	7
24	18, 50	11, 91	2, 12	6
25	18, 36	11, 62	1, 77	5
26	18, 21	11, 33	1, 41	4
27	18, 05	11, 03	1, 06	3
28	17, 88	10, 73	0, 71	2
29	17, 71	10, 43	0, 35	1
30	17, 54	10, 13	0, 00	0
Grad.	— XI^s + V^s	— X^s + IV^s	— IX^s + III^s	Grad.

TABVLA II.

Grad.	O^s + VI^s —	I^s + VII^s —	II^s + VIII^s —	Grad.
0°	0,″34	0,″29	0,″16	30°
5	0, 33	0, 27	0, 14	25
10	0, 33	0, 25	0, 11	20
15	0, 32	0, 23	0, 08	15
20	0, 31	0, 21	0, 06	10
25	0, 30	0, 19	0, 03	5
30	0, 29	0, 16	0, 00	0
Grad.	+ XI^s — V^s	+ X^s — IV^s	+ IX^s — III^s	Grad.

TABVLA III.

Termini conſtantes pro aberratione in latitudinem ſemper adhibendi.

Signum — indicat motum ad auſtrum.

Pro	*Mercurio* . .	— 0,″71
	Venere . . .	— 0, 01
	Marte . . .	— 0, 01
	Cerere . . .	— 0, 01
	Pallade . . .	— 0, 01
	Junone . . .	— 0, 02
	Jove	0, 00
	Saturno . .	— 0, 01
	Urano . . .	0, 00

TABVLA IV.

Logarithmi conſtantes ad ſupputandum aberrationis effectum in longitudinem et in latitudinem.

Nomina Planetarum	Logarithmi conſtantes pro longitudine et latitudine		Log. conſt. pro longitud.	Log. conſt. pro latitud.
	A.	B.	C.	D.
Pro *Mercurio*	0, 2090472	9, 5227716	7, 7726491	9, 2981910
Venere	0, 0729170	7, 8975878	. . .	8, 8458934
Marte	9, 9110786	8, 8753114	. . .	8, 4202787
Cerere	9, 7831963	8, 2249467	. . .	9, 0564642
Pallade	9, 7893095	8, 7228516	. . .	9, 6283728
Junone	9, 7957281	8, 7465462	. . .	9, 1610900
Jove	9, 6422257	8, 3167171	. . .	8, 0038386
Saturno	9, 5108546	8, 2616695	. . .	8, 1507061
Urano	9, 3587955	8, 0156871	. . .	7, 4884415

Reſtat nunc, tabularum et logarithmorum uſum *breviter* ut exponam.

Problema I.

Sit effectus aberrationis lucis planetae in longitudinem ex tabulis his ſupputandus.

1) Cum argumento E = elongat. planet. = (long. geoc. plan. — long. ☉) exquire e tabula I numerum reſpondentem cum ſuo ſigno.

2) Cum argumento (long. geoc. plan. — long. apog. ☉) quaere numerum competentem e tabula II. Hi duo numeri dabunt ſemper aberrationis partem, omnibus planetis communem.

3) Cum argumento P = parallaxi annuae planetarum = (long. helioc. plan. — long. geoc. plan.) carpe e tabula I numerum convenientem cum ſigno; cujus logarithmum adde ad logarithmum conſtantem A, tabulae IV, cuivis planetae appoſitum, cujus aberratio quaeritur. Numerus naturalis logarithmorum ſummae exit pars prima aberrationis particularis planetae.

4) Cum argumento (long. geoc. plan. — long. aphel. plan.) ingredere iterum tabulam I, cujus numeri logarithmum adde ad logarithmum conſtantem B. Numerus naturalis ſummae exit pars ſecun-

da aberrationis particularis planetae, praefixo ſigno tabulae contrario. Haec pars in planeta *Mercurio* ad 6,″8, in *Marte* ad 1,″5, in *Pallade* et in *Junone* ad 1,″1, in aliis vero planetis nunquam ad 0,″5 aſſurgit.

5) Cum duobus argumentis (duplo argumento latit. $\pm$ P) et (duplo argum. latit. $\mp$ P $+$ VI^s) ſume in tabula I denuo numeros reſpondentes, qui in unam ſummam algebraicam conflati, et ad logarithmum conſtantem C additi, dabunt partem tertiam aberrationis particularis planetae ſignis ſuperioribus, ſi planeta ad orientem, ſignis inferioribus, ſi ad occidentem verſatur. Sed haec aberrationis particula tantummodo in planeta *Mercurio* locum habet, tutoque negligi poterit, cum nunquam partem 0,″24 excedat.

6) Omnes hi quatuor numeri in unum aggregatum, prout eorumdem ſigna imperant, conflati, et in ſecantem latitudinis geocentricae planetae ducti, vel per ejusdem coſinum diviſi, dabunt omnem aberrationis planetae effectum.

Exemplum. I.

Sit effectus aberrationis planetae *Mercurii* ex tabulis his, et cum logarithmis auxiliaribus pro die 4 Septembris 1778 hora 1 min. 56 ſupputandus.

Pro hoc tempore eſt:

Elongatio planetae orient.	$=$	0^s	26,″8	$=$ E
Long. geoc. planetae . .	$=$	6	8, 8	$=$ G
Long. apog. ſolis . . .	$=$	3	9, 2	$=$ A
Long. aphel. planetae .	$=$	8	14, 1	$=$ Φ
Parallaxis annua planetae.	$=$	2	20, 6	$=$ P
Argumentum latitud. plan.	$\mp$	7	14, 0	$=$ L
Latitud. geoc. plan. auſtr.	$=$	0	2, 3	$=$ λ

Tab. I cum arg. E $=$ 0^s 26,″8 . . . . . — 18,″08
Tab. II cum arg. (G — A) $=$ 2 29,″6 . . . . . + 0, ∞

Pars omnibus planetis communis . . . . . — 18,″08

Tab. I cum arg. P $=$ 2^s 20,″6 . . — 3,″31 Log. $=$ 0,5198280
Log. conſt. A $=$ 0,2090472

Log. $=$ 0,7288752 $=$ — 5,″36 Pars I.

Tab. I cum arg. (G—Φ) $=$ 9^s 24,″7 — 8,″46 Log. $=$ 0,9273704
Log. conſt. B $=$ 9,5227716

Log. $=$ 0,4501420 $=$ + 2,″82 Pars II.

Tab. I cum arg. $(2L+P) = 5^s\ 18,''6 \ldots + 19,''85$
Tab. I cum arg. $(2L-P+VI^s) = 6^s\ 7,''4 + 20,08$

Summa $+ 39,''93$ Log. $= 1,6012993$
Log. conſt. C $= 7,7726491$

Log. $= 9,3739484 = + 0,''24$ P.III

Summa omn. part. algebr. $= -20,''38$
Log. $20,''38 = 1,3092042$
Log. coſ. $\lambda = 9,9996500$

Log. $= 1,3095542 = -20,''40 =$
aberrat. tota ♀ in longitud.

Cl. *DELAMBRE* per tabulas ſuas ſpeciales (*Conn. des tems année 1794*, pag. 221) invenit — 20,″15, ſed illi aberratio ſolis = 20,″0, nobis vero = 20,″255 eſt; hinc differentia inter utrumque calculum prorſus nulla.

Exemplum. II.

Quaeratur aberratio in longitudinem *Veneris* die 23 Jun. 1690 $1^h\ 27'\ 31''$ t. m. Pariſ. Exemplum hoc in tabulis aſtronomicis Cl. *DE LA LANDE*, pag. 123 refertur.

Elementa calculi ibidem ſunt:

E =	0^s	17,″6	
G =	3	19, 9	Tab. I cum arg. E $= 0^s\ 17,''6 \ldots - 19,''30$
A =	3	7, 9	Tab. II cum arg. $(G-A) = 0^s\ 12,''0 \ldots + 0,33$
φ =	10	7, 1	Pars omnibus planetis communis $\ldots - 18,''97$
P =	0	25, 5	
λ =	0	1, 6	

Tab. I cum arg. P $= 0^s\ 25,''5 \ldots - 18,''28$ Log. $= 1,2619762$
Log. conſt. A $= 0,0729170$

Log. $= 1,3348932 = -21,''62$ Pars I.

Tab. I cum arg. $(G-\varphi) = 5^s\ 12,''8 + 19,''35$ Log. $= 1,2866810$
Log. conſt. B $= 7,8975878$

Log. $= 9,1842688 = -0,''15$ Pars II.

Summa omnium part. algebr. $= -40,''74$

Log. $40,''74 = 1,6100210$
Log. coſ. $\lambda = 9,9998882$

Log. $= 1,6101328 = -40,''74 =$
aberratio tota ♀ in longit.

Cl. *DE LA LANDE* l. c. pag. 129 invenit hunc effectum = 38", ſed juſto minorem, quod et per formulam pag. 189 allatam demonſtrari poteſt. Eſt enim effectus aberrationis

$$\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}\left(\text{cof. E} + \frac{\sqrt{R}\,\text{cof. P}}{\sqrt{r}}\right)$$

Log. R = 0,007202; $\sqrt{R}$ = 0,003601 Log. 20,"255 = 1,3065322
Log. r = 9,855759; $\sqrt{r}$ = 9,927880 Log. cof. λ = 9,9998882

$\frac{\sqrt{R}}{\sqrt{r}}$ = 0,075721 Log. = 1,3066440

Log. cof. P = 9,955488
Log. $\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}$ = 1,306644
Log. = 1,337853 = + 21,"77

Log. cof. E = 9,9791798
Log. $\frac{20,''255}{\text{cof. }\lambda}$ = 1,3066440
Log. = 1,2858238 = + 19,"31

Summa − 41,"08 = aberratio tota ♀ in long.

Itaque effectus aberrationis a Cl. *DE LA LANDE* ſupputatus 3" aequo minor eſt.

Problema II.

Sit effectus aberrationis lucis planetarum in latitudinem ex tabulis his ſupputandus.

1) Cum argumento E + III^s carpe e tabula I numerum, qui huic argumento reſpondet; cujus logarithmum adde ad logarithmum ſinus latitudinis geocentricae. In latitudine geocentrica boreali ſignum adhibendum erit +, ſi elongatio orientalis; ſignum —, ſi occidentalis eſt. Contrarium habet locum, ſi latitudo geocentrica auſtralis eſt. Haec aberrationis pars in latitudinem omnibus planetis communis eſt.

2) Cum argumento P + III^s ingredere iterum tabulam I; adde ad logarithmum numeri inventi logarithmum conſtantem A tabulae IV, et logarithmum ſinus latitudinis geocentricae. Numerus naturalis erit pars prima effectus aberrationis particularis in latitudinem, ſemper cum ſigno notae partis communis (1) contrario adhibenda.

3) Cum argumento (G — ☉ + III^s) exquire e tabula I numerum, cujus logarithmus ad logarithmum conſtantem B et ad logarithmum ſinus latitudinis geocentricae planetae additus, dabit numerum naturalem partis ſecundae effectus aberrationis particularis. Si latit. geoc.

borealis, quantitas ſemper negativa eſt in ſex ſignis III, IV, V, VI, VII, VIII, et poſitiva in ceteris ſex ſignis, ſcilicet O, I, II, IX, X, XI. Contrarium habet locum, ſi latit. geoc. auſtralis eſt.

4) Cum argumento L exquire e tabula I numerum, cujus logarithmus ad logarithmum conſtantem D additus dabit partem tertiam aberrationis tabulae ſignis notandam.

5) Omnes hi quatuor numeri, cum termino conſtante tabulae III et cum ſuis ſignis in unam ſummam algebraicam congeſti, et per coſinum latitudinis geocentricae diviſi, dabunt totum aberrationis effectum in latitudinem.

Effectus particularis aberrationis lucis in aliquorum planetarum latitudinibus perexigui ſunt, exempli gratia in planeta *Jove*, *Saturno*, *Urano*; ideoque plerumque negligi poterunt, cum nunquam ne ad dimidii quidem minuti ſecundi partem aſſurgant. In ceteris vero planetis majoris jam momenti ſunt, et ad plura minuta ſecunda, in hodierna aſtronomia practica non contemnenda, increſcere poſſunt.

Exemplum.

Sit effectus aberrationis lucis in latitud. pro planeta *Mercurio* in exemplo ſupra allato ſupputandus.

Tab. I cum arg. (E+III^s) = 3^s 26,°8 — 9,"14 Log. = 0,9609462
Log. ſin. λ = 8.6034886
Log. = 9.5644348 = — 0,"37 P. com.

Tab. I cum arg. (P+III) = 5^s 20,°6 +19,"99 Log. = 1,3008128
Log. conſt. A = 0,2090672
Log. ſin. λ = 8,6034886
Log. = 0,1133486 = + 1,"30 Pars I.

Tab. I cum arg. (G−Φ=III^s) = 0^s 24,°7 − 18,°40 L. = 1,2648178
Log. conſt. B = 9,5227716
Log. ſin. λ = 8,6034886
Log. = 9,3910780 = — 0,"25 Pars II

Tab. I cum arg. L = 7^s 14,°0 . . . + 14,"57 Log. = 1,1634596
Log. conſt. D = 9,2981910
Log. = 0,4616506 = + 2,"90 Pars III

Tab. III terminus conſtans pro *Mercurio* . . . . . — 0,"71

Summa omn. part. algebr. = + 2,"87

Log. 2,"87 = 0,4578819
Log. coſ. λ = 9,9996500
Log. = 0,4582319 = + 2,"87 = aberratio tota ♀ in latitud. ad boream.

Cl. *DELAMBRE* eundem effectum invenit + 3,°093, a noſtro, ſpectata, quam ſupra innuimus, ratione, non diverſa.

Qui

Qui maxima non egent accuratione, poterunt compendiariis uti formulis, quas ob commodum earum uſum hic adjiciemus. Supponunt, et terram et planetam in diſtantiis verſari mediis. Error maximus inde pertimeſcendus, pro *Mercurio* ad 6″, pro *Marte*, *Pallade*, et *Junone* raro ad 1″, et pro ceteris planetis nunquam ultra fractionem unius minuti ſecundi aſſurgit.

Pro *Mercurio* $= \alpha + \frac{6}{10}\alpha + \frac{3}{100}\alpha = \beta$

Venere $= \alpha + \frac{1}{7}\alpha + \frac{4}{100}\alpha = \beta$

Marte $= \alpha - (\frac{1}{7}\alpha + \frac{4}{100}\alpha) = \beta$

Cerere $= \alpha - (\frac{4}{10}\alpha - \frac{1}{100}\alpha) = \beta$

Pallade $= \alpha - (\frac{4}{10}\alpha - \frac{1}{00}\alpha) = \beta$

Junone $= \alpha - (\frac{4}{10}\alpha - \frac{1}{40}\alpha) = \beta$

Jove $= \alpha - (\frac{1}{2}\alpha + \frac{6}{100}\alpha) = \beta$

Saturno $= \alpha - (\frac{7}{10}\alpha + \frac{3}{100}\alpha) = \beta$

Urano $= \alpha - (\frac{8}{10}\alpha + \frac{3}{100}\alpha) = \beta$

1) Sit α numerus, ex tabula generali I cum argumento parallaxis annuae $=$ P excerptus. Accipe partem hujus numeri aliquotam, prout formula docet, $= \beta$.

2) Cum argumento elongationis $=$ E, ingredere eandem tabulam I, et exquire numerum reſpondentem γ.

3) Omnis effectus aberrationis lucis planetae, cujus argumentis et formula uſus eris, tunc erit $= \beta \pm \gamma$.

Sit in exemplis *Mercurii* et *Veneris*, ſupra allatis, effectus aberrationis hac methodo ſupputandus.

Exemplum I pro Mercurio.

Tab. I

cum arg. P $= 2^s\ 20,^\circ 6 = -3,''31 = \alpha$
$-1,99 = \frac{6}{10}\alpha$
$-0,07 = \frac{3}{100}\alpha$
$-5,37 = \beta$

Tab. I

cum arg. E $= 0^s\ 26,^\circ 8 = -18,08 = \gamma$
Effect. aberr. in long. $= -23,''45$
ſupra hunc invenim. $= -20,40$
Error . . . . . $3,''05$

Exemplum II pro Venere.

Tab. I

cum arg. P $= 0^s\ 25,^\circ 5 = -18,''28 = \alpha$
$-2,61 = \frac{1}{7}\alpha$
$-0,73 = \frac{4}{100}\alpha$
$-21,62 = \beta$

Tab. I

cum arg. E $= 0^s\ 17^\circ,6 = -19,30 = \gamma$
Effect. aberr. in long. $= -40,''92$
ſupra hunc invenim. $= -40,74$
Error . . . . . $0,''18$

Poteris adhuc alio (ſi minutorum ſecundorum fractiones non curas) uti calculi compendio, in quo unicum argumentum, elonga-

tionem planetae nosse sufficit. **Ea tabulam generalem A, pro planetis superioribus.**

Cum argumento *E* exquire numerum competentem e tab. A; adde numerum constantem in tab. D cuivis planetae appositum. Summa algebraica erit effectus aberrationis actualis.

Pro planeta *Marte* applicanda adhuc est correctiuncula in tabulo B expositа, semper cum signo + adhibenda.

Pro planeta *Venere* uti poteris tabula C, in qua error maximus metuendus 2″ non superat.

Pro planeta *Mercurio* nullam addere tabulam placuit, cum error 10″ et ultra timendus sit. Ideo tutius ad methodos supra expositas recurretur.

Tab. A.

Arg. Elong.	Aberratio	Arg. Elong.
0° 0°	— 24,″8	12° 0°
10	24, 5	20
20	23, 6	10
1 0	22, 1	11 0
10	20, 1	20
20	17, 6	10
2 0	14, 8	10 0
10	11, 6	20
20	8, 3	10
3 0	4, 8	9 0
10	— 1, 3	20
20	+ 2, 0	10
4 0	5, 2	8 0
10	8, 1	20
20	10, 5	10
5 0	12, 5	7 0
10	14, 0	20
20	14, 9	10
6 0	+ 15, 2	6 0

Tab. B.

Arg. Elong.	0 6 +	1 11 +	2 10 +	Arg. Elong.
0°	0,″0	0,″9	2,″8	30°
10	0, 2	1, 8	3, 4	20
20	0, 6	2, 3	3, 8	10
30	0, 9	2, 8	3, 9	0
	+ 5	+ 4	+ 3	
	5	8	9	

Tab. C.
Pro planeta *Venere*.

Arg. Elong.	Pars orbitae superior	Pars orbitae inferior
0° 0°	— 44,″8	+ 4,″2
2	44, 0	4, 2
4	43, 9	4, 2
6	43, 7	4, 1
8	43, 5	4, 0
10	43, 2	3, 9
12	42, 7	3, 7
14	42, 1	3, 5
16	41, 5	3, 2
18	40, 9	2, 8
20	40, 1	2, 5
22	39, 3	2, 2
24	38, 4	1, 8
26	37, 4	+ 0, 9
28	36, 2	— 0, 1
30	34, 9	1, 1
32	33, 5	1, 7
34	32, 0	2, 4
36	30, 4	3, 2
38	28, 7	4, 2
40	26, 7	5, 3
42	24, 5	6, 7
44	21, 9	8, 7
45	19, 3	9, 9
46° 20′	15, 8	11, 4
	14, 5	12, 5

Tab. D.

Numeri constantes	
Pro *Marte* =	— 12,″0
Cerere =	— 7, 7
Pallade =	— 7, 0
Junone =	— 8, 1
Jove =	— 4, 3
Saturno =	— 2, 0
Urano =	— 0, 0

Exempla;

1) Pro *Marte*. Sit Elongatio = 2° 20°
In tabula A . . . . — 8,″3
Numer. constans . . — 12, 0
Summa . . . . . — 20, 3
Correct. tab. B. . . + 3, 8
Aberratio quaesita = — 16,″5

2) Pro *Saturno*. Sit Elongatio = 6° 3°
In tabula A . . . + 15,″1
Numerus constans . — 2, 0
Aberratio quaesita . + 13,″1

3) Pro *Venere*. Sit Elongatio = 17° 38,′7
In tab. C Aberrat. = — 41,″0, ut supra.

Tradunt Cl. *MASKELYNE* *) et Cl. *DU SÉJOUR* **) adhuc aliam planetarum aberrationem definiendi methodum, mutando ob-

*) Tables for computing etc. by *Nevil Maskelyne*, pag. VII.

**) Traité analytique des mouvemens apparens des corps célestes; par Mr. *Dionys du Séjour*. Paris, 1789. Tom. II, pag. 411, §. 62ar.

